

Christo est commune, qui primum caput, ac fundamentum Ecclesiae est.

Leo Papa

Vnde rectè colligit Leo Papa dicto loco signum esse, dum suum nomen communicat dignitatem etiam communicare, deinde cum recensentur Apostoli, primo loco Petrus, ut caput, & dux aliorum. Matth. cap. 10.

Mat. 10.

Alb. mag.

Ambr.

August.

Soar.

Turrian.

Arclin.

vbi Albertus Magnus, Ambros. in id ad Corinth. 12. Augustin. tract. vltimo in Ioann. Vide plura alia signa huius præcellentiae apud Soar. Turrianum, Aretinum dictis locis. Quarto probatur conclusio, ex congruentia, & euidenti coniectura: nam supra ostendimus oportuisse à Christo Domino ad optimum Ecclesiae regimen institui, qui post ascensionem eius dux esset, & caput, totiusque Ecclesiae supremus Pastor, fieri autem non potuit, ut Christus Dominus ipsis duodecim eam dignitatē omnino æqualiter concederet; nam vel omnes ita illam reciperent, ut in eorum successoribus perpetuo duraret, quod est planè absurdum; sic enim duodecim, ut minimum essent capita Ecclesiae.

16

Vnde euidenter apparet hanc potestatem datam esse Petro, ut capiti, alijs, ut membris: nam sub his membris etiam alij Apostoli comprehenduntur, quia, ut notauimus, Christus simpliciter dixit Petro, *Pasce oues meas*, vbi inter oues Apostoli etiam numerantur. Fuitq; hoc necessariū ad vnitatem Ecclesiae constituendam, quia nec poterat esse vnum corpus sine capite, neque cum multis capitibus, illud enim imperfectum, hoc monstruosum fuisset; quod notauit Cyprianus lib. de Vnitate Ecclesiae, August. tract. 50. & vltimo in Ioannem, & lib. 1. de doctrina Christiana c. 17.

Cyprian.

August.

Hieron. lib. 1. contra Iouinian. Leo Papa sermon. 3. assumpt. suæ.

Hierony.

Leo Papa

17

Consistit ergo excellentia D. Petri super alios Apostolos primo, & præcipuè in hoc, quod potestas data est Petro, ut in illa ei succederetur, & ita per successionem perpetuo in Ecclesia duraret; alijs verò Apostolis solum data est per modum cuiusdam legationis, & personalis muneris finiendi cum vita eorum; ita aperte sumitur ex Patribus citatis, & confirmatur pluribus testimonijs. Nam Apostoli non creabant Apostolos, sed Episcopos, neque eis succedit aliquis eum iurisdictione, in vniuersum orbem: at verò Petro successit semper Pastor vniuersalis, seu Romanus Pontifex, cuius sedes propterea semper retinuit nomen Apostolicæ. Ratio etiam hoc cõuincit, quia cum Ecclesia futura esset perpetua, eius regimè, & principatus ita constitui debuit, ut perpetuo duraret, hic autem principatus Petro fuit permissus illis verbis

super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; sed ædificium Ecclesie perpetuo erat duraturum: ergo & fundamentum, quod erat Petrus, seu sedes Petri. Quod satis declarauit Christus, subiungens, Et porta inferi non præualebit aduersus eam: vnde dixit eleganter Innoc. 4. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Christum ascensurum ad Patrem, ne Ecclesia sua sine pastore desereret, eam Petro commisisse; cuius successores sunt Pontifices; nam quantum grex durat, tantum necesse est durare pastorem; cæteri verò Apostoli solum fuerunt in illo initio Ecclesie necessarij, donec in omnem terram exiuit sonus eorum, & ideo sufficienter fundata Ecclesia, cessauit illa dignitas.

18

Innoc. 4.

Cap. 1. de

Homicid.

N 3

Secur.

19

Secundò, excellentia D. Petri consistit in eo, quia hæc potestas in Petro erat simpliciter superior, & independens, & ita se extendebat ad ipsas personas Apostolorum directè. Declaratur, quia Petrus poterat suis legibus, vel præceptis alios etiã Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges reuocare. Vnde etiam verisimilius est, licet singuli Apostoli haberent potestatem ad ferendas leges obligantes vniuersalem Ecclesiam; tamè ordinariè illas non contulisse, nisi ex consensu, & acceptatione Petri, vel certè illas tulisse in eis prouincijs, in quibus prædicabant, & postea, non nisi sciente, & consentiente Petro ad totam Ecclesiam dimanasse. Et vtraque assertio confirmatur. Prima ex munere pastoris, & subordinatione necessaria ad vnitatem. Secunda, quia ad Petrum spectabat cura vniuersalis Ecclesiæ; quasi per se primò, & ita oportuit in vno inueniri; nam si hæc ad cæteros, non nisi secundario esset de mandata magna cõfusio oriretur. Quapropter in hoc etiam Petri potestas super alios eminebat. Ex qua prærogatiua, & excellentia, pleraque resultant, quæ de Petro legimus, & ad hanc spectant dignitatem. Vide

Tertul.
Euseb.
Niceph.
Aretin.
Bellarmin.
Soar.
Afor.

20

Actor. 8.

His non obstantibus, opponet aliquis primò; quia *Act.* 8. Petrus simul cum Ioanne mittitur ab alijs Apostolis Samariam, vbi tanquam comitanter egit, quod est signum cuiusdam æqualitatis. Respondeo mittere non

significare semper auctoritatem, in mittente, quia sæpè fit permittendo, consulendo, vel rogando, non præcipiendo, quò pacto amicus dicitur amicum mittere. *Matthæi.* 2. legitur Herodes misisse Magos in Bethleem. Secundò, quia *cap.* 13. Iacobus in Cõcilio definit, & eius sententiam alij sequuntur. Respondeo non definiuisse Iacobum, sed subscripsisse potiùs, & consensisse sententiæ Petri. Deindè dico Iacobum Petro cõsentiendo simul præbuisse cõsiliu[m] circa modum in illius rei executione tenendum, quod licet inferiori coram superiore præstare. Tertiò, quia ad *Galat.* 2. Paulus reprehendit Petrum ostendens se superiorem, vel certè æqualem, & *2. Corinth.* 11. ad se pertinere dixit omnium Ecclesiarum sollicitudinem. Respondeo plures dicere Cepham, quem Paulus reprehendit non fuisse Apostolum, sed vnum aliquem ex septuaginta discipulis; sed hoc non placet, quia repugnat non solum communi expositioni Patrum Græcorum, & Latinorum, de qua supra diximus, sed etiam ipsi contextui: nam ille idem Cephæ cum Iacobo, & Ioanne dicuntur columnæ Ecclesiæ, & in quibusdam Codicibus Græcis loco Cephæ legitur Petrus. Sed omissa etiam responsione Originis, & aliorum, qui volunt reprehensionem fuisse in gratiam Iudæorum, quia hoc etiam caret fundamento, & repugnat verbis Pauli; dixit enim D. Thomas 2. 2. q. 33. art. 4. peccasse Petrum venialiter, ob idq; fuisse à Paulo reprehensum hoc habendum, interdum namque inferior potest corrigere superiorem cum debita modestia, & reuerentia, maximè quando, id

Matth. 2.*Act.* 13.*Turret.*
li. 2. c. 14.*Hieron.*
August.
*Theodor.**Euseb.* 1.
hist. c. 11.*Eunom.*
ad Gal. 2.
2. Cor. 11*Orig.**S. Thom.**Baron.* 10
mo 1. an.33. *Christ.*

aut

Bellarmin. aut proximorum salus, aut honor fi-
libr. 1. de dei requirit. Ad locum, in quo Pau-
Roman. lus fatebatur habere se omnium Ec-
Pöt. c. 16 clesiarum sollicitudinē procedere ob
Soar. lib. charitatis officium, & ob Apostolicū
9. de leg. munus, cui tamē Petrus est superior,
Clemens vt iam ostendimus. Quartò, quia Cle-
 mens 1. epistola vocat Iacobum Epif-
 coporum Episcopum, eumque rege-
 re vniuersam Ecclesiam pronūciat.
 Respōdeo primò id fuisse genus mo-
 destiæ, & honoris quem merito Cle-
 mens Iacobo tribuit, tanquam Apo-
 stolo, & fratri Domini. Secundò, quia
 re vera Episcopus erat multorū Epif-
 coporum sibi subditorum. Tertiò,
 quia erat tanquam decus, & exem-
 plar aliorum Prælatorum.

Soar. Quærit tamē Soar. de fide disp. 10.
 sect. 1. in fin. occasione resolutæ quæst.
 supposito, quod hæc potestas permā-
 sura erat in successoribus Petri. An
 Apostoli, qui Petro superuixerant
 fuerint verè subditi Episcopo Roma-
 no Petri successorī; & respondet in-
 feriores extitisse iurisdictione, & Pō-
 tifici Romano subiectos, quāuis alijs
 prærogatiuis, & excellentijs fuerint
 superiores; quod etiam mihi videtur
 planè probari ex dictis: nam eadem
 potestas, & iurisdictione, quæ fuit in
 Petro, transfusa est in successores;
 vnde benè consequitur in tribus iam
 dictis excellentijs superare illos viuē-
 tes Apostolos, primo in obiecto po-
 testatis: nam ad successores Petri spe-
 ctat, per se primo cura, & gubernatio
 totius Ecclesiæ, quod vt dixi, non
 competiuit Apostolis. Secundo, po-
 testas illa extendebatur ad omnes
 personas ratione ordinis, & vnitatis
 Ecclesiæ. Tertio, potestas Pontificis
 semper fuit ordinaria, & perpetuò in

Ecclesia mansura, non sic autem in
 cæteris Apostolis.

Mendacia vero quæ ingerunt ali-
 qui ex impuris, & luculentis Caluini,
 Lutheri, & Illirici scriptis confutari
 facilè possunt, tot tantorumq; Patrū
 sententijs, qui Romani Pontificis ex-
 cellentiam, disertis probant verbis,
 sed ne cum his suis volutemur. Ex
 Græcis, & Latinis innumeros recen-
 set Coccius PP. Thesaur. lib 7. art.
 6. 7. & alios refert Bellarmin. de Ro-
 mano Pontifice, cap. 10. & quæcun-
 que contra huiusmodi veritatem ad-
 ducuntur perperam in alium sensum,
 vel falsò recensentur. Hactenùs de
 summo Ecclesiasticæ Hierarchiæ præ-
 fide, id est Romano Pontifice.

DISPVATIO II.

De Cardinalibus.

Post Romanum Pontificem
 secundum in Ecclesiastica
 Hierarchia gradū obtinent
 Cardinales Sanctæ Roma-
 næ Ecclesiæ; quorum dignitatem ma-
 iorem, & primam esse post Pontifica-
 lem agnoscunt Doctores omnes vnā-
 nimi consensu teste Albano de Car-
 din. q. 6. & 7. Manfred. de Cardinal.
 dist. 101. Plato de Cardinal. dignitate
 cap. 1. Alberterch. de potest. Cardi-
 nal. mortuo, vel impedito Papa c. 1.
 Anton. Scappo de birreto rubeo dā-
 do responso. 1. n. 3. Bellarm. tom. 1. li-
 br. 1. de clericis cap. 1. Asor. 2. p. lib 4.
 c. 1. Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 242.
 cap. 1. Francisc. Leo. Thesaur. fori ec-
 clesiastici, cap. 2. Baron. tom. 10. à n.
 881. §. Quod autem. Petrus Gregorius
 syntag. 2. p. lib. 15. c. 4. Augustin. Bar-
 bos.

21

Coccius.
 Bellarm.

Alban.
 Manfr.
 Plato.
 Albert.

Scappo.
 Bellarm.
 Asor.
 Vasq.
 Frā. Leo.

Baron.
 Pe. Greg.
 Aug. B.

Germon. Zequi. bos. de pastoralis sollicitudine 3. p. allegatione. 50. Anastas. Germon. tomo 1. in tractat. de indult. §. Cardinal. Zequi. de Republica Ecclesiastica de statu Illustr. Cardinal. Paul. Carrar. in Canon. ac morali Theologiæ q. 3. Henriquez in summa lib. 10. cap. 25. §. 2. Et probatur primo, quia auctoritatem habent eligendi Romanum Pontificem, iuxta text. in cap. *Licet*, de electione, cap. *In nomine Domini*. 23. dist. Secundo, quia iidem assistunt in cura, & regimine totius vniuersalis Ecclesiæ, iuxta textum in cap. *Per venerabilem*, vers. *Sint autem*, qui filij sint legit. cap. *Fundamenta*, §. *Decet*, de electione libr. 6. Tertio, quia eorum insuper consilio, & cura, tota vniuersalis Ecclesia regitur, iuxta textum in cap. *Bona*. de Postulatione Prælatorum. Tandem, quia locum Apostolorum, & sacerdotum Leuitici generis tenent, prout infra declarabimus, ac maioribus, & grauioribus negotijs præsent, quæ in Ecclesia Dei reperiuntur. Unde de illis interpretatur prædicti Doctores illud, quod 1. Reg. cap. 2. legitur, *Domini sunt Cardinales*, & posuit super eos orbem, & Zacharias cap. 4. *Assistunt tanquam filij dominaturi vniuersæ terræ sustinentis, non urbis, sed orbis vniuersi pondus*. Et D. Bernard. libr. 4. ad Eugenium, eos appellat *seniores populi, iudices orbis*, & *Papa coadiutores*, alijsque infinitis titulis condecorantur, quæ in hanc veritatē supracitati Doctores cumulant, & nos dicemus in §§. sequentibus. Et ne de illa aliqua dubitatio esset Clemens 6. propria auctoritate specialem hac de re constitutionem promulgauit, qua mandat, *Ne in Christi Ecclesia vlla maior Cardinalatu dignitas existimetur, vt te-*

statur Manfred. in dict. tract. cap. 6. in fine, & refert Plato, Asor, Vasquez, Alberterch. supra citatis locis.

Manfred. Plato. Asor. Vasq. Alberti.

§. I.

De origine, & antiquitate Cardinalatus, & de eius nominis significatione.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinalatus dignitatem à iure diuino institutum fuisse tenent aliqui.
- 2 Cardinales idem sunt hodiè, quod erant olim Leuitici generis sacerdotis.
- 3 Duplex opinio circa significationem nominis Cardinalis.
- 4 Cardinalatus dignitas à iure positiuo, seu Pontificio instituta est secundum veriore sententiam.
- 5 Nomen hoc, Cardinalis, quid significet, & unde deriuetur secundum veriore opinionem.
- 6 Cardinales, quare sic simpliciter dicantur, ex sententia Vasquij.
- 7 Episcopos, qui ad electionem summi Pontificis conueniunt Cardinales dici posse putauit Vasquius.
- 8 Reprobatur prædicta sententia Vasquij circa simplicem significationem nominis Cardinalis.
- 9 Interpretatur text. in cap. *Præsul. 2. q. 5.* & text. in cap. 2. de officio Archiepiscopi.
- 10 Cardinalatus dignitas à Pontificibus introducta, & in quibus Cardinalium officium consistat.
- 11 In primis Ecclesia temporibus Pontifices Præbyteros, & Diaconos Cardinales instituere ceperunt.
- 12 In initio nascētis Ecclesiæ dum præbyteri, & Diaconi pauci essent, omnes ad Concilia, & Pontificis electionem vocabantur.

13 Ex quo tempore Summi Pontificis electio ad solos Cardinales pertinere cepit.

14 Ex quo tempore Cardinalatus dignitas per se à ceteris Ecclesie dignitatibus distingueretur.

15 Cardinalatus dignitatem à iure diuino institutam putauit Turrecrem. sed male.

16 Respondetur ad 1. Turrecrem. fundamentum.

17 Respondetur ad secundum.

18 Quid representet sacrorum Cardinalium Collegium.

Vanuis autem compertum sit post supremam Pontificis dignitatem; primam, & præcipuam esse Cardinalatus, seu purpuræ, non satis tamen inter Doctores constat de ipsius origine, & antiquitate, nec etiam de nominis ratione. Nam imprimis circa originem, aliqui nimium huic ordini fauere volentes contendunt dignitatē hanc de iure diuino fuisse institutam. Primo in Deuter. ubi reperiuntur sacerdotes Leuitici generis, qui erant Consiliarij, quos hodiè Cardinales esse interpretatur Romanus Pōtifex in cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi, ibi, *Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, &c.* Sic intendens eo tempore fuisse Cardinales, licet non sub hoc nomine, sed sub nomine sacerdotum. Deindè ab ipso Christo Domino, cui Apostoli ante eius gloriosam ascensionem assistebant veluti Consiliarij, iuxta illud Luc. 22. *Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis, posteaquè Petro tanquam Summo Pastori etiam assistebant ante diuisionem ad singulas*

provincias, vt latiùs prosequuntur Turrecremat. lib. 5. de summ. Ecclesia cap. 80. Barbat. d. q. 1. nu. 26. alijs fundamentis hanc opinionem corroborantes. Circa nominis verò explanationem est etiam dissensio: nam aliter explicat Leo nonus Pōt. Max. in epistola ad Michalem cap. 32. aliter Onufrius Panuin. in lib. de Episcop. titulis, & Diaconis Cardin. existimans præbyteros, vel Diaconos Cardinales eos dici, qui alijs præbyteris, vel Diaconis eiusdem Ecclesie præerant, quasi principales præbyteri.

Ceterum, neque hæc verbi Cardinalis explicatio, neque altera de ipsorum origine opinio in proposito arridere possunt, primam enim constanter reijciunt Henriquez, & Bellarm. in locis statim referendis. Soto in 4. dist. 24. q. 2. art. 4. contendentes Cardinalatum esse de iure positum, & Pontificio ex statim dicendis clarissimè apparebit; alteram verò Onufrij, vt eleganter carpit idem Bellarm. tom. 1. lib. 1. de clericis cap. 16. eò quod in eodem titulo plures aliquando erant Cardinales, siue Præbyteri, siue Diaconi, vt constat ex Synod. 5. Gregor. quam citat: non igitur is tantum Cardinalis dicebatur, qui titulo, seu alijs præerat, minimè tamè Bellarmini explicatio placet Vasquio propter ea, quæ statim dicemus.

DSed, vt plena de Cardinalibus fiat cognitio, veritasq; tam in hoc, quam in alijs appareat articulis aliter res est explicanda. Et primò circa nominis significationem, & rationem est obseruandum, nomen Cardinalis idem significare, quod principalis, siue is, à quo ceteri pendent, vt à Cardinali ostium

Turrecr. Barbat.

3 Leo 9. Pa. pa. Onuf. Panuin.

4

Henriq. Bellarm. Soto.

Synod. 5.

Bellarmin.

5

1

2 Cap. Per venerab.

Luc. 22.

ostium, hinc appellatur virtutes Cardinales, quasi principales, venti Cardinales, & puncta cœli Cardinalia, ac tandem illi, qui Romano Pontifici assistunt in Concilijs, & Regimine Ecclesiæ Cardinales quasi super illis, & super Romano Pontifice tanquam ostium super cardine, regimen totius Ecclesiæ voluatur, & regatur, ut à Pontifice, inquit textus, in cap. *Sacrosanctæ* in fine. 22. dist. & explicat Leo Papa in d. cap. 32. Gloss. 2. in cap. 2. de officio Archidiaconi, quam sequuntur omnes nouiores, quæ quidē explicatio, quantum recte doceat cur Cardinales Romane Ecclesiæ dicantur præceteris, & per antonomasiam Cardinales, non tamē explicat quare simpliciter dicantur Cardinales, cum constet etiam alibi præter Romam, multos esse, & fuisse, qui Cardinales dicerentur, qui tamen Pontifici in regimine Ecclesiæ assistebant, ut ex D. Gregorio in multis locis obseruat Bellarm. vbi proximè, Plato cap. 2. Baron. tomo 10. anno 881. §. *Quod autem* Gregor. syntagmat. 2. p. lib. 15. cap. 4. Verumtamen Vasquez dicta disp. 242. cap. 2. inquit nomen Cardinalis, primum impositum fuisse personis, videlicet Diaconis, non autem titulis, seu Ecclesijs, vel locis. Nomen autem Cardinis, impositum fuisse primò locis, non quidem Ecclesijs, sed regionibus ciuitatis Romæ, & prætereà indè ad Diaconos nomen non cardinis, sed Cardinalis deriuatum, & tandem ad Præbyteros, & Episcopos, eorumque titulos, seu Ecclesias accommodatum nomen. Et probat primò, quia nomen Cardinalis à Cardine dictum fuit, non è contra: igitur

A alicui loco, personas quoque ab eo loco postea recte dictas fuisse Cardinales apparet, certumque nomen Cardinis impositum fuisse locis, nempe regionibus vrbs, in quibus Diaconi constituti dicti sunt Cardinales; ex quo signum est nomen Cardinalis à loco in personas deriuatum fuisse. Affert probationem ex Synodo 2. Romana sub Syluestro. Et secundò probat, quia septem Diaconi, quos Syluester in ea synodo cap. 6. primus Cardinales appellauit, quasi cardini assignatos, & astrictos prius dicti fuisse regionarij, videlicet quod singuli singulis regionibus ciuitatis Romæ essent designati à Fabiano Papa in epistola. 1. qui in septem regiones vrbs diuisit, & singulis, singulos Diaconos præfecit, quos regionarios vocauit; cum igitur dicti sint regionarij à regione, ita Cardinales à cardine. Vnde inquit, regionem ipsam ciuitatis dictam fuisse Cardinem ciuitatis, & ita Ecclesia, seu titulus illius regionis, indè Cardinales, aut etiam cardo dici potuerit. Denique sicut venti Cardinales dicuntur, quia efflant ex partibus illis, quæ Cardines mundi vocantur, quasi in Cardinibus mundi existentes, ita etiam, & Diaconi præfecti partibus ciuitatis, quæ cardines dicebantur, Cardinales recte vocari debent.

Postea hoc nomen extensum esse ad Præbyteros, & Episcopos affirmat ad præbyteros Romanos, qui titulis erant præfecti. ac proindè præcipui, & Cardini adstricti; ad Episcopos, qui ad electionem Pontificis conueniunt, quia inter cæteros Episcopos orbis, eo ipso quod ad electionem vocaren-

C. *Sacro-sancta.*
Leo Papa
Glossa.

Synod. 2.

Syluest.

Fabian.
Papa.

Bellarmin.
Plato.
Baron.
Pe. Greg.
6
Vasq.

7

vocarentur, haberentur etiam præcipui, atque eodem pacto Ecclesia præcipuæ ciuitatis Romanæ Cardines, seu Cardinales vocatæ sunt.

8 Ab his tamen dissentio cum Bellarmino, idque ob hoc præsertim argumentum, quod in illa Gregorij synodo, de qua ante diximus, quæ extat inter eius epistolas cum triginta quinque subscribant præbyteri, qui omnium consensu sunt Cardinales, eiusdem tamen Ecclesiæ bini subscribunt, vt Sancti Syluest. Damas. Balbin. & aliarum.

9 Quare resoluendum est nomen hoc primum impositum esse loco, & ab illo ad personas deriuatum; quædam enim Ecclesiæ principales, in quibus Baptismata, v. g. conferebantur, dicebantur tituli Cardinales, ad differentiam scilicet aliorum locorum, seu Ecclesiarum minus principalium, vt constat ex Concil. Meldens. can. 54. vbi legitur titulos Cardinales in vrbibus suburbij constitutos Episcopus canonicè ordinet, & disponat. Similiter loca quædam principalia in vrbe distincta, iuxta numerum regionum, dicebantur diaconiæ Cardinales, hoc principales, indèque factum est, vt præbyter, qui prædictam Ecclesiam regebat, siue Diaconus, qui in prædicto loco residebat appellaretur præbyter Cardinalis, vel Diaconus Cardinalis, facta translatione nominis loci ad personas, vt sæpè contingit, quam Bellarm. explicatione postea sequitur Henriq. lib. 10. de sacramento ord. cap. 27. in princ. eamq; eleganter probat text. in cap. Pastoralis. 7. q. 1. ibi, *Cardinalem sacerdotem.* cap. Relatio, ibi, *Cardinalem postulant te constitui sacerdotem.* 21. q. 1. Sic in hoc

A sensu præbyteri, siue Diaconi Cardinalis mentionem facit text. in cap. *Præsul.* 2. q. 5. qui ex decretis Syluestri in Synodo sumptus est, dum minores testes ad condemnandum Cardinalem requirit, quam Episcopum, sic in eodem sensu, & significatione diaconi Cardinalis meminit idem Syluest. in cap. *A subdiacono.* 93. dist. dum solummodò à subdiacono, & deinceps obedientiam diacono Cardinali præstare iubet; sic tandem intelligendus est textus in d. cap. 2. de officio archipræsbyt. dum Archipræsbytero iungit, vt circa ministeriū prouideat. Plura autem circa tria nomina Cardo, Cardinalatus, Cardinalis, dixit Gregor. Magn. Quæ omnia videri possunt apud Vasq. Plat. & Asorium dictis locis.

C Inspecta igitur nominis Cardinalis significatione, & etymologia; ad rem melius pernoſcendam, nunc videbimus, quomodo, & quo tempore sit hæc Cardinalis dignitas instituta? Licet autem dignitas hæc, quæ nihil aliud importat, quàm officium assistendi Summo Pontifici ad tractanda negotia, quæ in Ecclesia Dei contingunt, vt ex ipsa nominis etymologia, & origine apparet Deuteron. cap. 17. figurata fuerit in sacerdotibus illis Leuitici generis, qui erant Consiliarij supremi iudicis, de quibus loquitur text. in cap. *Per venerabilem,* qui filij sint legitimi, posteaq; magis ad viuum expressa in Apostolis, qui sicut Christo aderant pro ministris ante eius ascensionem, iuxta illud Lucæ. 22. *Vos estis, &c.* ita etiam post illam Petro Ecclesiæ pastori iam constituto pro iisdem assistunt, antequam ad singulas prouincias proficiscerentur.

Ca. Præsul.

C. A subdiacono.

C. 2. de offic. Arch. præbyt.

Gregor. Magn. Vasq. Plato.

10

Deut. 17.

Cap. Per venerab.

Luc. 22.

Synodus Gregor.

Cōc. Mel. denj.

Bellarmin. Henriq. C. Pastoralis. C. Relatio.

tur. Nihilominus tamē dignitas hæc prout importat illud officium per se distinctum, & separatum, ordinemq; seu gradum peculiarem in nostra hierarchia tenet à iure diuino, aut Apostolis, instituta non fuit, sed postea à Pōtificibus introducta, quicquid repugnent Alban. Manfred. Barbat. Alberterch. & alij, qui de Cardinalibus scripsere. Quod, vt apertum fiat, sciendum est. In primis Ecclesiæ temporibus Pontifices, in quibusdam titulis, seu Ecclesijs principalibus, presbyteros, aut diaconos instituisse, qui, vt suprā diximus, Cardinales dicebantur; sumpto nomine ab ipsis locis, quasi principales. Nam Euaristus, qui fuit 5. à Petro instituit Romæ septem titulos presbyterorum, & septē diaconos in paræcijs, Pontianus qui fuit 17. anno 236. propter baptisma, & sepulturarum curam quindecim Cardinales instituit, Marcellus 25. circa annum 1314. & similiiter alij Pontifices, vt ex Chronicis abundē constat, Baron. tom. 10. anno 882. §. Quod autem, cum sequentibus, Plato d. cap. 2. Afor dicto cap. 1.

12

Licet autem Apostolorum tempore per multos deindē annos dum adhuc presbyteri, & diaconi pauci erant, omnes insimul ad Concilia, & Pontificis electionē vocarentur, non distinguendo Cardinales à non Cardinalibus, vt habetur in cap. *In nomine Domini*. 23. dist. & multis alijs, quæ habentur 63. dist. crescenteque postea cleri multitudine, quāuis omnes electi interessent soli, tamē principales, nempē Cardinales ad Concilia vocarentur, vt constat ex Synodo Gregorij lib. 4. Regist. cap. 88. in quo solum interfuerunt ex presbyteris. 34.

titulares omnes, id est Cardinales, cū tunc temporis multo plures presbyteri Romæ esse debuissent. Nihilominus tamen postremis quingentis annis res tota ad solos Cardinales deuoluta fuit, qui, & soli à presbyteris, aut diaconis Concilijs intererant, & soli Pontificem eligebant, eidemquē insuper in negotijs assistebant, vt manifestē patet ex tempore Diui Gregorij primi, in quo soli Cardinales vocabantur ad Concilium Papæ, & ad Concilium, vt patet ex prædicta Synodo, refertque Volaterran. Antropol. lib. 22. anno. 388. Vasq. Plato, & Afor. suprā citatis locis. Ex quo factum fuit, vt Cardinalatus dignitas, ex tunc ceperit per se distincta haberi, importans officium illud assistendi Pontifici, Cardinalesq; per antonomasiam ceperunt nuncupari illi, qui Pontificem in regimine Ecclesiæ adiuuabāt. In hoc ergo sensu sæpē Cardinalium meminere Pontifices antiquissimi Pontian. & Marcellus, de quibus suprā, Syluest. primus in cap. *Presul.* 2. q. 6. & in cap. *à subdiacono.* 93. dist. Stephanus 1. in cap. *Oporteat*, & in cap. *Si quis ex Episcopis*, in cap. *Si quis ex penitentia.* 79. dist. Ioan. 8. lib. Canon. cæteriquē deinde Pontifices, vt iam appareat falsò opinatum fuisse Volaterran. qui, vt refert Henriquez d. cap. 27. litera I. Vasquez capite 2. existimabat prædictam dignitatem à Benedicto octauo institutam fuisse anno Domini. 1023. circa quod vide Baron. Plato, Vasq. Afor, Alberterch. & Gregor. syntagmat. dictis locis.

Apparet etiam minus probabilem videri communem Doctorum sententiam affirmantium prædictam dignitatem

Alban.
Manfre.
Barbat.
Albert.

11

Euarist.
Papa.
Pontian.
Papa.

Marcel.
Papa.

Baron.
Plato.
Afor.

C. In nomine.

Synodus.
Gregor.

Volaterran.
Vasq.
Plato.
Afor.

C. Presul.
Ca. à subdiacono.
Ca. Oporteat.
C. Si quis ex.
C. Si quis ex penitentia.
Henriq.
Vasq.
Baron.
Plato.
Vasq.
Afor.
Alberterch.
Gregor.

13

tatem à iure diuino institutam fuisse Deuteron. 17. & ab ipso Christo D. cui Apostoli ante mortem, seu ascensionem, veluti Cardinales assistebat, vt multis rationibus probare conatur Ioannes à Turrecrem. lib. 1. summæ cap. 80. Constat enim ex modò dictis illam multò postea à Romano Pontifice institutam paulatim fuisse. Neq; obstant fundameta, quibus mouetur. Ad primum enim ex illo Deuteronomij, iuncto tex. in cap. *Per venerabile*, qui filij sint legitimi, vers. *Sunt autem*, vbi Pōtifex illum locum referens de Cardinalibus interpretatur, asserens Cardinales hodie, olim fuisse sacerdotes Leuitici generis, ibi, *Sunt autē, &c.* Omissa aliorum responsione, qui prædictum textum intelligunt de Episcopis, eò quod fratres appellentur, cui intellectui manifestè repugnat text. expressus in cap. *Fundameta*, §. *Decet*, de electione lib. 6. Verius, & planius responderi potest argumentū solum concludere in Deuteronomio præcessisse figuram Cardinalium in illis sacerdotibus, seu Cōsiliarijs, sicut etiam præcesserunt figuræ omnium ferè rerum, quæ in nouo testamento debebant contingere; non tamè proindè dicendū esse Cardinalatus dignitatem, ibi iam institutam fuisse; quemadmodum etiam dici non potest, cætera ibi fuisse ordinata, quorū typi ibidē reperiantur. Tex. autem in d. cap. *Per venerabilem*, hoc etiam solum voluit affirmare, asserens Cardinales hodiè lege gratiæ illos esse, qui antea in Deuteronomio sacerdotes erant Leuitici generis, Summumque Pontificem illum iudicem; qui ibidē etiam supremus erat; ibi, *Is verò super eos sacerdotes, &c.* Vnde quemadmo-

dum ex hoc dici non potest supremā Pontificis dignitatē ibi iam institutā fuisse, cum multò postea à Christo D. Ioannis 21. fuerit ordinata; sed solum illius ibidem reperiri figuram; ita etiā deindè non est; Cardinales iam ibidem institutos.

Ad 2. verò ex facto Apostolorum respondeo factū illud non importare institutionē Cardinaliū, cum talis institutionis Euāgeliū, nunquā mentionē faciat, sed solum cōcludere officiū hoc Cardinalium in se sumptum assistendi Pontifici ab illo tempore iam ortum habuisse. At verò prout prædictum officium importat dignitatē, seu ordinem per se distinctum, & separat eum ab alijs cum prædicto officio, non potest dici ab Apostolis, sed multò postea à Pontificibus introductū fuisse, iuxta supradicta; aliàs enim sequeretur in primis Ecclesiæ temporibus omnes indistinctè presbyteros, & diaconos Cardinales fuisse cū omnes indistinctè ad Concilia Pape, & electiones vocarentur, quod tamè est absurdum. Cætera argumenta pro hac parte facili negotio dissolui per se possent, & ideò non est, cur in eis amplius immoremur, omnia videri possunt apud Vasquium dicta disp. 242. cap. 4. per totum. Circa tamen representationem sacri Collegij Cardinalium, alij dicunt sacrum Dominorum Cardinalium repræsentare totū ministrorum Ecclesiæ corpus; quam opinionem fundant super auctoritatē Actorum Apost. nam antequā Christi discipuli diuiderentur per vniuersum terrarum orbem *predicantes Euāgelium omni creaturæ baptizantes, &c.* Hierosolymis erat summus sacerdos Petrus, scilicet, & maiores sacerdo-

Deut. 17.

Turrecr.

Cap. Per venerab.

C. Fundameta.

C. Per venerab.

A

B

C

D

Ioan. 21.

17.

Vasq. 18.

O

sacerdo-

sacerdotes Apostoli scilicet, & minores septuaginta duo discipuli, scilicet, qui omnes vna cum summo sacerdote prædicabant Dei verbum; baptizabant, & reliqua sacramenta Ecclesiæ ministrabant, sanctamq; Ecclesiã gubernabant, & ministros Ecclesiæ eligebant: vnde elegerunt Matthiam in locum Iudæ proditoris; elegerunt, & septem Diaconos, decidebant etiã & definebant ea, quæ ad fidem pertinerent; vnde cum orta esset contentio, quid opus esset circuncidi, qui salui fieri vellent, ipsi deciderunt, & definirunt non opus esse. Hierusalem nostris temporibus nulla alia ciuitas est, quam Roma: in qua residet summus Sacerdos, & sacrum Cardinalium Collegium, quod cum summo Sacerdote eligit ministros Ecclesiæ, Episcopos, & reliquos prælatos gubernat vniuersalem Ecclesiam catholicam, decidit, & definit omnia negotia ecclesiastica, omnes quæstiones tam de iure diuino, quam positivo: vnde omnes prælati, qui per totum terrarum orbem dispersi sunt ad ciuitatem Romanam confugiunt ad hoc sacrum Collegium, tanquam ad alteram Hierusalem, vbi residebat summus Sacerdos, & maiores, & minores sacerdotes, & diaconi in omnibus difficultatibus, quæ occurrant. In hoc enim sacro Collegio, in quo residet summus Sacerdos, tota sita est Ecclesiæ auctoritas; quo supposito, hæc sententia, quãuis, inquit, quod sacrum dominorum Cardinalium Collegium totum ministrorum Ecclesiæ corpus repræsentet. Probatur, quia in Cardinalibus sunt Episcopi Cardinales, qui repræsentant omnes orbis Episcopos, sunt Cardinales præbyteri, qui repræsentant om-

nes præbyteros, sunt diaconi Cardinales, qui repræsentant omnes diaconos vniuersalis Ecclesiæ, quæ admodum Hierosolymis erant Petrus summus sacerdos, Apostoli, qui sunt Episcopi, septuaginta duo discipuli, qui sunt præbyteri, & diaconi. Licet verò hæc opinio probari non possit, quia tamen optimis interpretationibus indicatur, & varijs similitudinibus exornatur aliquo modo placere potest.

§. II.

B De excellentia, & prerogatiua dignitatis Cardinalium.

S V M M A R I V M.

- 1 Duplex est dignitatum genus, vnum seculare; alterum ecclesiasticum.
- 2 Cardinalatus dignitas antecellit omni seculari dignitati, etiamsi regia.
- 3 Quanto spiritus nobilior est corpore, tantum spiritualia temporalibus.
- 4 Vtraque potestas secularis, & ecclesiastica populorum bono consulit.
- 5 Potestas secularis respicit bonum morale.
- C 6 Potestas ecclesiastica bonum supernaturale curat.
- 7 Cardinales iudices orbis, & seniores populi appellantur.
- 8 Cardinales seniores populi appellantur.

Primum igitur sciendum est, cum inter homines duo sint dignitatum genera, vnum seculare, & laicum, alterum sacrum, & ecclesiasticum, nullam esse posse dubitationem, quin hoc longè illi antecellat; talis est Cardinalatus dignitas, respectu secularis, quæcunque, & quantuncunque sit secularis dignitas, etiamsi regia, & ita Beatus Gregorius, *Quis dubitet* (inquit) sacer-

B. Greg.
dotes

dots Christi Regum, & Principum, omniumq; fidelium patres, & magistros censerit. Neque obscura est huius rei ratio; est enim altera dignitas spiri-

3 quanto spiritus nobilior est corpore, tanto spiritalia temporalibus, vt

Innoc. 3. Innocentius Pontifex ad Imperatorem ipsum scribit in cap. *Solite*, de

C. *Solite*. maiortate, & obedientia. Apparet hoc etiam ex ipso fine: nam vtraque

sanè potestas populorum bono consulit, quod in hoc consistit, vt viuant

4 ex virtutis regula; sed hoc interest, quod sæculari prepositum est bonum

morale, quod est naturale; spiritalis autem aliud quoddam bonum curat,

quod est multo altius, & excellentius, nempè supra omnem naturam.

5 Quare hoc positum esse debet ecclesiasticam dignitatem ipso genere, ita

præstare laicæ, vt ne sit quidem comparatio; quod si hoc valet in omni ecclesiastica dignitate, quid de ea dicendum est, quæ inter ipsas ecclesiasticas præcipuum tenent locum. Car-

dinales enim D. Bernardus appellat

6 seniores populi. Dinus iudices orbis, quæ, & multa alia refert Turrecrem.

d. lib. 1. cap. 81. Vualdès. lib. 2. doctrinæ fidei. art. 54. Plato cap. 3. per totum,

Bellarmin. in Apologia cap. 4.

7 Quarè, vt verius appareat obseruandum est Cardinalatus dignitatem ab anterioribus Pontificibus intro-

ductam successores varijs postea officijs, dignitatibus, & priuilegijs condecorasse, de quibus in sequentibus aliqua attingemus, inter quæ ab In-

nocentio 4. in generali Cõcilio Lugdunès. anno 1243. instituta sunt quædam insignia huius dignitatis, vt vehi equo, & vti galero, seu pileo rubro, &

purpura, vt testantur historici omnes de vitis Pontific. Genebr. libr. 4. pag. 385. Onufr. in Chron. anno 1250. Baron. dicto loco, & tom. 10. anno 882.

A. S. *Quod autem*; idque in significationem quasi Cardinales parati sint ad fidei defensionem cum sanguinis, & vitæ periculo, quemadmodum in sua creatione iurant, posteaque Paulus secundus, & alij alia insignia ad ornamentum addiderunt, quæ latè refert Manfred. de Cardinal. cap. 5. neque est cur in eis referendis immoremur. Hinc ratio prouenit quare Diuus Hieronymus pingatur cum galero rubro, vt experientia patet; & asserit Molin. lib. de pictur. & imaginib. sanctor. cap. 22. & 69. cum non esset præbyter antiochenæ Ecclesiæ, vt ipse testatur in epistola. 61. ad Pamach. fungebatur Cardinalis officio sub titulo Sancti Laurentij, quia sæpè à Damaso Papa, tanquam ipsius Consiliarius ad consultationes voeabatur, vt ipse etiam dicit in epistola ad Geruntiam; & Genebr. in Chron. in vita Damasci anno 383. ideoquè ad hoc significandum cum insigni Cardinalis depingitur. Et ad idem confirmandum, asserunt etiam Doctores text. in cap. *Quanquam*. 2. q. 7. ibi, *Augustinus tamen minor est Hieronymi*, vbi asserunt ideò Augustinum se minorem dicere Hieronymo, quia Augustinus Episcopus erat, Hieronymus verò Cardinalis, fateor tamen de hoc multos graues dubitasse, neque rem esse adeò certam.

B. Addo ad finem huius obseruationis ad similitudinem cœlestis Hierarchiæ, triplicem quoque ordinem Hierarchicum in Cardinalibus reperiri; alij enim sunt Cardinales Episcopi,

8

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

Genebr. Onufr. Baron. Paul. 2. Manfred. Molin. D. Hier. Genebr. C. Quanquam.

D. Bern. Dinus. Turrecr. Vuald. Plato. Bellarm.

Innoc. 4. Cõc. Lugdun.

copi, qui in festis maioribus debent coram Pontifice solemniter sacra peragere. Alteri vero Cardinales præsbyteri, qui secundum tenent locum, & in sacris peragendis etiam deseruiunt; & tandem Cardinales Diaconi ad quos pertinent, Pontificem cum sacra peragentem sacris vestibus induere, diademata capiti imponere, & similia, Cardinales Episcopi cæteros præcedunt, & inter illos Hostiensis excellit inter omnes, ut notatur in cap. *Antiqua*, de priuilegijs, deindè Cardinales præsbyteri, diaconos, ut probat caput, *Cum redemptor*. 12. quæstione secunda, & regula cap. *Statuimus*, de maiortate, omnes simul iuncti fratres à Pontifice appellantur. cap. *Ingenesi*, cap. *Ecclesia*, de electione, quauis disiunctim Papa Cardinalem Episcopum solum appellet fratrem, Præsbyterum vero, & Diaconum filium, cap. *Dilecto filio*, de supplenda negligentia prælat.

Cognita ergo origine, institutione, & excellentia Cardinalium apparet iam illos iure optimo in nostra Ecclesiastica Hierarchia primum post Pontificem gradum obtinere, cum enim regimini totius vniuersalis Ecclesiæ inuigilent, & in hoc ipsorum dignitas, seu officium positum sit, iuxta suprâ dicta, & infrâ dicenda; cæteris verò prælatis hoc non ita ex officio incumbat, sed quid aliud longè diuersum, meritò effectum fuit, ut ratione illius digniores habeantur, præstantioremque gradum obtineant.

S. III.

De comparatione Cardinalium
cum Episcopis.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinalatus, seu purpure dignitas maior, & sublimior est Episcopali.
- 2 An Augustinus minor esset Hieronymo,
- 3 Cur Cardinales illustres, Episcopi vero clarissimi appellentur.
- 4 Nullus in Ecclesia Dei maior est Episcopali, ordo.
- 5 Cur Romanus Pontifex se Episcopum appellet.
- 6 Quare Summus Pontifex Episcopos fratres, cæteros verò filios nominat.
- 7 In sede Concilij Episcopi præcedebant Cardinales.
- 8 Ex ordine sedendi dignitatis maiortas ostenditur.
- 9 Episcopus ratione ordinis, & iurisdictionis in propriam diocesim maior est Cardinalibus.
- 10 Episcopus in sua diocesi habet iurisdictionem ordinariam.
- 11 Cardinalis in suo titulo est tanquam Parochus Episcopo subiectus.
- 12 Qui maioribus præest negotijs de iure dignior reputatur.
- 13 Ordo sedendi in Concilijs mutatus fuit inter Episcopos, & Cardinales.
- 14 A quo tempore Cardinales cæperunt præcedere Episcopos in sede Concilij.
- 15 Ratio huius præcedentiæ, & origo assignatur.
- 16 Tempore Pipini, & Caroli Magni accessit Ecclesiæ Romana principatus temporalis, & plena potestas deuoluta fuit ad Cardinales.
- 17 Episcopi à Cardinalibus iudicantur, creantur, & deponuntur.

Ex

Hostiensis.
C. Antiqua.

Ca. Cum redemptor.
C. Statuimus.

C. Ingenesi.
C. Ecclesia.

Ca. Dilecto filio.

C. S.
qua

Rub.
offic.
L. 2.
Spo.
Alb.
Bar.
Pla.
Al.
Bel.
Afo.
Pe.
Ger.
Vasq.

Cap.
ties.
C.
qua
Dio

Glo

1 **E**X dictis iam constat nostri Cardinalatus, seu purpuræ dignitatem maiorem esse, & sublimiorem Episcopalis; cum enim iuxta modò dicta secundum obtineat gradum in nostra Ecclesiastica Hierarchia, Episcopi vero inferiorem necessario fatendum est illorum dignitatem Episcopali anteferri in idem adducunt communiter Doctores textum in dicto cap. *Quamquam*. 2. quæst. 7. ibi, *Augustinus tamen minor est Hieronymo*, qui quidem in effectu parùm probat, cum nec de certo constet Diuum Hieronymum fuisse Cardinalem, & videatur Augustinus illa verba causa humilitatis proferre.

2 Denique facit quod Cardinales Illustrium, Episcopi verò clarissimorum titulo decorantur; planè titulus illustrium clarissimum antecellit, vt notatur in Rubrica ff. de officio eius, & probat l. 2. Cod. de Sportul. Ex quibus, & multis alijs ita in hanc sententiam cõmuniter consentiunt scribentes. Alban. q. 7. Barbat. q. 1. ex n. 49. Plato cap. 4. Albertech. cap. 2. & infiniti alij, qui Cardinalibus scripserunt, vt videre est per Bellarmin. Asor. Petrum Gregor. Anastas. Germ on. & Valquez dictis locis.

3 Caterùm quia in contrarium obstat; quod apud sacros Canones passim legitur, nullum in Ecclesia Dei maiorem Episcopali ordine reperiri, vt notatur in cap. *Quoties*. 1. q. 8. & in cap. *Antiqua*, de priuileg. & constat ex Dionysio lib. 5. de Ecclesiastica Hierarchia, ob idque Romanus Pontifex se Episcopum appellet, iuxta glossam verbo *Episcopus*, in proœmio ibi, *Episcoposque fratres, ceteros verò filios no-*

Rub ff. de offic. eius. l. 2. C. de Sportul. Alban. Barbat. Plato. Albert. Bellarm. Asor. Pe. Greg. Germ on. Valq.

Cap. Quo ties. C. Antiqua. Dionys. Glossa.

A *minet*, cap. *Quam graui*, prima distinctione; deindè, quod in Concilio Carthagin. 4. & in Concilijs Romani Episcopi præcedebant Cardinales in sede Concilij, & actibus plurimis; constat autem ex Ordine scedendi, maioritatè dignitatis ostendi. Iuxta textum in capite *ultimo*. 93. distinctione. Controuersia hæc, & quæstio sub distinctione est dirimenda, si enim consideremus ordinis potestatem, vel iurisdictionem in propriam Ecclesiam, veluti dioccesim, certum esse debet Episcopos maiores Cardinalibus, maioremque dignitatem habere; Episcopus enim ordinat præbyteros, consecrat, confirmat, aliaque id genus facit, quæ Cardinales præstare nequeunt. Insuper Episcopus in sua dioccesi habet amplam, & ordinariam iurisdictionem, veluti Pastor, Cardinalis verò in suo titulo est tanquam Parochus, Episcopo subiectus. Cæterùm si administrationem consideremus, & regimen Ecclesiæ vniuersalis, Cardinalis sine dubio Episcopo maior censi debet, cum, vt supra diximus, Cardinalium officium sit regere cum Summo Pontifice totam Ecclesiam, illiusque negotia tractare; Episcopus verò non nisi rarissimè; circa hæc negotia inuigilet, scilicet cum ad Concilium vniuersale vocatur. Vndè quia ille, qui maioribus præest negotijs de iure dignior reputatur, iuxta textum in capite, *Per singulas*. 3. in ordine 9. quæstione tertia, *Authentic. de defension. ciuitatis*, §. *Nos igitur*, ideò absolute Doctores dicunt Cardinalatus dignitatem Episcopalem maiorem esse.

B

C

D

C. Quam graui. Conc. Carthag. 6

Cap. ult. 7

8

9

10.

11

12

Cap. Per singulas. Auth. de defens. ciuit.

13

Ex qua resolutione, & distinctione, cessat iam primum argumentum contrarium. Ad secundum verò de sede in Concil. dicendum est verum quidem esse olim Episcopos præcessisse Cardinales in Concilijs, & alijs actibus, vt constat ex dicto Concilio Carthagin. 4. & alijs, ideòque Cardinalatum gradum fuisse ad Episcopatum, vt ex Onufrio in lib. de Cardinalibus, & D. Gregorius, obseruant Bellarm. Henriquez, Vasquez, Asor, & supracitati Doctores dictis locis, postea tamen ordinem hunc fuisse mutatum, Cardinalesq; cæpisse precedere, Episcopos etiam in sede Concilij, & episcopatum gradum esse ad Cardinalatum, constat ex Concilio Nicæno, Ephesino, Calcedonensi. 6. 7. & 8. synodo generali, vbi præbyteri Cardinales sederunt ante Episcopos, idque etiam obtinuit vsus in Concilijs, cuius rei duplex ratio, & origo assignatur à Bellarmino dicto loco; vna quod ad solos Cardinales deuoluta sit electio Summi Pontificis, cum antea ad omnes pertineret; altera verò, & magis propria, quod cum antea Cardinales neque soli, neque primarij essent Conciliarij Pontificis; primis enim sexcētis, vel octingentis annis Pontifices ad iudicanda grauiora negotia cogebant Concilia nationalia Episcoporum Italiæ, in quibus aderant non solum Cardinales, sed etiam Episcopi non dabatur ratio, cur eo tempore Cardinales Episcopis anteponeretur, cum tunc Episcopi æquè, vel magis adiuuarent Pontificem in regenda Ecclesia, quam Cardinales. Postea verò crescentibus Ecclesiæ Romanæ negotijs; præsertim cum accessissent principatus tē-

Onufr.
D. Greg.
Bellarm.
Henriq.
Vasq.
Asor.

14
Conc. Nicæ.
Ephesin.
Calced.
Synod. gener.

15
Bellarm.

16

poralis tēpore Pipini, & Caroli Magni, cum cæperit totum negotium deuolui ad solos Cardinales, neq; enim Pontifex poterat tam sæpè Concilia Episcoporum conuocare, quam necesse erat, ideò Cardinales tanquam soli Conciliarij Pontificis, & super quibus soli regimen totius Ecclesiæ versabatur, Episcopis antepositi fuerunt in omnibus actibus, illorumque dignitas maior episcopali fuit reputata. Vnde hodie iam de hoc dubitare non licet; præsertim cum quotidie videamus Episcopos à Cardinalibus iudicari, creari, & deponi, Cardinales verò ab Episcopis nunquam, sed à solo Romano Pontifice.

§. III.

De officio Cardinalium.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinalium Episcoporum munus quale sit?
- 2 Cardinalium præbyterorum officium in quo consistat.
- 3 Cardinalium diaconorum officium quid importet?
- 4 Ad Cardinales hodiè ex officio spectat Romanum Pontificem eligere.
- 5 Ad Cardinales solum Episcopos olim Roman. Pont. electio spectabat; postea etiam ad præbiteros.
- 6 Ad Cardinales omnes hodiè spectat Romani Pontificis electio.
- 7 Cardinales electores etiam dicuntur illi, qui solum creati sunt.
- 8 Cardinales Summi Pont. Consiliarij appellantur.
- 9 Cardinales vnum corpus cum Rom. Pontifice dicuntur constituere.
- 10 Cardinalibus ex officio competit assistere

stere Romano Pontifici, & in regimine Ecclesie adiuuare.

11 Vtrum sine concilio Cardinalium possit Summus Pontifex sua negotia definire, & tractare. *ar*

12 Ponuntur fundamenta partis negatiue.

13 Sententia affirmatiua verior.

14 Fundamenta negatiua soluantur.

1.



Ircam tamen huius magistratus officia sciendum est Cardinalium omnium triplici genere constitui officia. Primum, quod singulis Cardinalibus conuenit propter ordinem in quo quisque est, reliqua duo omnibus communia; alterum in Pontifice eligendo, alterum in eodem adiuuando. Nam cum supra dictum sit tres esse Cardinalium classes, quoniam alij Episcopi, alij Presbyteri, alij Diaconi, habent singuli sua munera, eadem videlicet, quae etiam alij Episcopi, Presbyteri, & Diaconi. Episcoporum munus est prouidere, ut ouium, quae sibi commissae sunt saluti consulatur, & salubria eius pabula non desint, & ita arcere corruptelas, & vitia, quae sunt quasi morbis, & pestes huius gregis. Denique verò se prestare pastores, de quo multa dici possent, quae vide apud Plat. d. cap. 4. Itaque in Episcopis quidem, qui animarum curam gerant nulla ferè est facta mutatio; reperitur tamen in presbyteris Cardinalibus, & diaconis, qui iam ad modum raro propria exercent officia, nisi fortè in sacrificando: at antiquitus multa erant alia illorum propria, ut supra tetigimus; ita in ministracione sacramentorum, in assistentia Pontifici Missam celebranti, quae propriè presbyteris

Plato.
2

A Cardinalibus competebant, quemadmodum Diaconis baptizare, praedicare, reconciliare publicos penitentes; denique omnia praestare, quae presbyteri (excepta consecratione, & sacramento confessionis) sed absentibus sacerdotibus, vel eorum permissu, quae omnia latè recensent Alban. Plato, & supracitati Doctores. *Alban. Plato.*

Quod verò attinet ad secundum Cardinalium munus, & officium dicendum est ad Cardinales hodiè ex officio spectare Romani Pontificis electionem, quibus post longam temporum in hac re varietatem conuenit, quae electio aliquando ad clerum pertinuit, accedente populi consensu; aliquando verò ad Imperatores, ut latè prosequitur Gracianus 63. dist. per totam; tandem ius hoc concesserunt ipsi Pontifices, & Concilia, tum propter eorum excellentiam, tum quia modus hic eligendi caeteris praestare videtur; atque ita Alexander constituit in cap. *Licet de vitanda*, de elect. cap. *Vbi periculum*, eodem titulo lib. 6. *Clement. Ne Romani*, eodem titulo; quanuis autem olim electionis negotium ad Cardinales, & Episcopos pertinuerit, qui demum conuocatis ad se presbyteris, & diaconis, peracta eis aperiebant, ut habetur in cap. *In nomine Domini*, 23. dist. postea tamen ad omnes Cardinales presbyteros, electio spectaret; hodiè denique ad omnes indistinctè pertinet, qui vel ex eorum gremio si fieri potest, iuxta textum in cap. *Oportebat*, 79. dist. Vel aliundè in Summum Pontificem virum dignissimum totius orbis tenentur eligere. Inter Cardinales electores etiam computantur illi, qui iam Cardinales creati sunt, licet non in-

3

Gratian.

C. Licet.
C. Vbi periculum.
C. clement.
Ne Romani.

C. In nomine.

Ca. Oportebat.

signia habuerint, ij enim verè Cardinales dici possunt ex sola Papæ pronuntiatione; insignia verò solum important quædam accidentalia, vt in expresso ita tenet Decius in d. cap. *Decius. Alban.* *Licet de vitanda,* & de facto, ita respōdiffe Aretinum dicit Albanus eandē tenens sentētiā de Cardinal. q. 17. Facitque in confirmationem illud, quod de Canonico Doctores resoluunt, Innocent. Butr. Abbas, & alij in cap. *Transmissam*, de electione, nempè habere vocem in electione, antequā in choro possessionem nactus fuerit. Neque simile est de Episcopo, qui ante consecrationem à multis prohibetur; consecratio enim alium ordinem de nouo Episcopo confert, non ita verò insignia Cardinali aliquid addunt; neque tandem aliquid facit Palij similitudo, ante cuius traditionem Archiepiscopus denominari nō potest; iuxta text. in cap. *Nisi*, de Auctoritate, & vsu palij, quia, vt idēmet text. inquit, in pallio Pontificalis officij plenitudo, cum Archiepiscopalis nominis appellatione cōfertur, quod non ita in traditione insignium contingit. Cætera circa Pōtificis electionem, qualiter à Cardinalibus fieri debeat, quia non sunt huius loci apud scribentes videantur; latequē omnia tradit Albanus à q. 11. cum sequentibus.

8 Quod verò attinet ad tertiū Cardinalium officium dicēdum est Cardinales tanquam Summi Pontificis Consiliarij vnum corpus cum illo cōstituere, imò pars corporis ipsius dicuntur, iuxta textum in cap. *Felicis* de Pænis lib. 6. & ita adeò eis ex officio cōpetere assistere Romano Pontifici ad tractanda omnia negotia, quæ in Ec-

clesia Dei contingunt, eundemque in regimine ipsius adiuuare, iuxta textum in dict. cap. *Per venerabilem*, cap. *Bone. 3.* in ordine de postulatione prælatorum; vt contēdant multi, nec infimæ notæ authores, non posse Summum Pontificem ardua Ecclesiæ negotia sine illorum consilio definire, & tractare; adducentes primo pro hac opinione text. in d. cap. *Per venerabilem*, vers. *Rationibus*, qui filij sint legitimi; vbi Romanus Pontifex videtur asserere Cardinales insimul esse cōiudices cum Romano Pontifice, quēadmodum in Deuteron. sacerdotes Leuitici erant cum supremo iudice, atque ita eundem Pontificem sine illis Ecclesiæ negotia expedire non posse. Deindē, quia videtur Cardinales hodiē Apostolorum vice fungi, quos parem potestatem cum Petro habuisse, probat text. in cap. *In nouo*, ibi, *pari consortio. 21.* distin. ac subindē etiam illos parem quoque cum Pontifice circa Ecclesiæ negotia habere potestatem. Tandemque afferentes aliqua de hac re exempla, nempè Benedictum XI. suspendisse statuta, quæ Bonifacius sine Cardinalibus Marchianis confirmauerat, & alia multa, quæ referunt Ioannes Monachus, & Dominic. in cap. *Super eo*, de hæreticis libr. 6. vbi hanc tenet opinionem, eamque esse potiore dicit Ripa in Rubrica de Constitut. n. 20. & infiniti alij, de quibus Albanus de Cardinal. quæst. 39.

Contrariam nihilominus sententiam tanquam veriore, & magis cōmunem amplectuntur quamplurimi alij auctores, quos refert idem Albanus proximè citato loco, vbi ex mente Fabr. testatur adeo variè Doctores in

Cap. Per
venerab.
C. Bone.

C. Per vt
nerab.

9

10

Ca. In no
uo.

11

Benedict.
Papa.

12

Ioan. Mo
nach.
Dominic.
Ripa.

Alban.

13

Alban.

Fabr.
in

in hoc articulo scripsisse, vt scitu difficile sit, quænam opinio potior videatur. Adhærendo tamen magis cõmuni, & veriori sententiæ, tenendum existimo. Romanum, Summumquè Pontificẽ, Ecclesiæ negotia sine Cardinaliũ consilio expedire posse, neq; ad hoc de necessitate astringi, cum supremam, & vniuersalem super omnes solus à Christo Domino acceperit potestatem. Ioan. 21. ipseque solus illius plenitudinem habeat, & exerceat, vt probat eleganter text. in cap. *Multum. 2. q. 6. cap. Cum ex eo de poenitent. & rem. cum mille alijs vulgaribus; quæ quidem potestatis plenitudo maxima ex parte offenderetur, si nõ posset ardua sine Cardinalibus tractare, & definire. Accedit quod iura passim proclamant, maiora Ecclesiæ negotia ad sedem Apostolicam esse referenda. cap. Rogamus, cap. Quoties. 24. q. 1. cap. Dudum. 3. q. 4. cap. Maiores, de Baptismo; hanc autem sedem Apostolicam. i. Petri solum tenere Romanum Pontificem, probat text. in cap. Hæc est fides. 24. q. 1. Conducunt multa, quæ in eandem veritatem cumulant præcitati Doctores, quæ non transcribenda duxi, quia apud eos videri poterunt; fatendum tamen necessariò erit, conuenientissimum esse Pontificem in arduis negotijs Cardinalium consilium adhibere, atque ita ad hoc solum de honestate astringi, ita enim loquitur textus in cap. *Fundamenta, §. Decet, de electione lib. 6. dum inquit, decet Romano Pontifici per fratres suos. S. R. C. Cardinales libera habere consilia; constat etiam Petrum duas clauas accepisse, vt per alteram potestas, per alteram verò decentia indicaretur,**

vt habetur in Summ. 20. distinct. A Neque obstant fundamenta, quibus contraria nititur sententia. Ad primũ enim de tex. in d. cap. *Per venerabilem* respõdetur, non constitueri, aut probare textum, Cardinales esse insimul coniudices cum Romano Pontifice, ad hoc, vt sine illis negotia expediri non possit; sed solum esse tantum coadiutores, nempè in Concilijs præstandis; super illos verò Pontificem iudicem existere, vt probat idem textus in vers. *Is verò;* quod B quidem verum non esset, si sine illis maiora tractare non possit. Ad secundum dicendum neque Cardinales Apostolorum vice propria fungi; sed solum Episcopos, quos in eorum locum surrexisse probat text. in d. cap. *In nouo, cap. Quorum vices. 68. distinct.* Cardinales verò illos solos representare quatenus Christo, & Petro, pro ministerijs Ecclesiæ astiterunt; neque etiam ipsos Apostolos parem potestatem iurisdictionis, de qua egimus supra cum Petro habuisse, sed solum in potestate ordinis, de qua intelligendus est text. in d. cap. *In nouo, ibi, patrarì,* vt Glossa ibidem rectè interpretatur. Ad exempla verò respondent præcitati Doctores ex alijs capitibus, & rationibus, Benedictum prædicta statuta suspendisse, quæ latius apud illos legi poterunt, & Soar. de fide disput. 9. sect. 2. & Afor. 2. p. lib. 5. cap. 9. cum sequentibus.

§. V.

De privilegijs in iure Cardinalibus concessis.

SUMMARIVM.

1 Cardinales in suis titulis, seu Ecclesijs episcopalem habent iurisdictionem.

2 Car-

14

Cap. Per venerab.

C. In nouo.

C. Quorũ vices.

C. In nouo Glossa.

Soar. Afor.

Ioan. 21.

C. Multum. Cap. Cum ex eo.

Ca. Rogamus.

Ca. Quoties.

C. Dudum.

C. Maiores.

Cap. Hæc est.

C. Fundamenta.

- 2 Cardinales possunt sibi, suæq; familie, si sint Episcopi eligere confessorum.
- 3 Cardinales non comprehenduntur in sententia excommunicationis generaliter promulgata, nec in quavis alia dispositione pœnali, nisi de illis fiat expressa mentio.
- 4 Cardinales creari, aut deponi non possunt, nisi à solo Papa.
- 5 Cardinales Episcopi non possunt conuinci, nisi per 72. testes, & præsbyteri per 64. & Diaconi per 72.
- 6 Cardinales offendens crimē læsæ maiestatis incurrit.
- 7 Cardinalium percussores hodiè in cœna Domini excommunicantur.
- 8 Cardinales etiam non Episcopi possunt minores ordines conferre, & solenniter benedicere.
- 9 Cardinales legati habent in exemptos iurisdictionem.
- 10 Cardinales possunt beneficia conferre, etiam Romano Pontifici reseruatâ.
- 11 Cardinales possunt excommunicatos pro violenta manuum iniectioe absoluerè.
- 12 Cardinales possunt plura beneficia incompatibilia facillè ex dispensatione obtinere.
- 13 Cardinales beneficia Ecclesiarum in quibus intitulati sunt, seu Commendatarij liberè conferre possunt non obstantibus quibuscunq; reseruationibus, nisi fortè in Curia vacauerint.
- 14 Damnatu ad patibulum liberatur si dum iuerit Cardinali obuius fiat; à quo autem veste, aut pileo protegitur.
- 15 Cardinales orto schismate, data vè contentione conciliū congregare possunt.

Diximus suprâ de origine, institutione, excellentia, & officijs Cardinalium, quare, in præsentì videbimus quænam priuilegia propter ipsorum prærogatiuam, & excellentiam in iure illis concessa reperiantur, quorum no- uem refert Glossa verbo *sublimitatem*; in Extrauag. *Execrabili*, de præbendis Ioan. 22. & quadraginta cumulat Alban. de Cardinal. q. 42. vt refert Asor in d. cap. 1. & alij infiniti, qui de Cardinalibus scripsere. Cæterum quia multa ex illis iura non probantur, alla verò parùm conducunt, ideò solum magis principalia attingam, & quæ expresse in iure indulgentur; ne (si quidem de Cardinalibus agimus) illorum priuilegia sicco, vt aiunt pede transeamus.

Cardinales ergo in suis titulis, seu Ecclesijs episcopalem habent iurisdictionem, iuxta textum in cap. *His, qua*, de maioritate, & obedient. possunt sibi, suæque familiæ, si sint Episcopi eligere confessorè, ex dist. text. in cap. *ultimo* de pœnit. & remiss. non comprehenduntur in sententia excommunicationis generaliter promulgata, sicut neque in quavis alia dispositione pœnali, nisi de eis fiat expressa mentio, per textum in cap. *Quia periculosum*, de sententia excomm. lib. 6. creari, aut deponi non possunt, nisi à solo Papa, & hoc ex iustissima causa, iuxta textum in cap. 2. de cleric. non residentibus, nisi fuerint conuicti per 72. testes, si sint Episcopi, & per 64. si sint Præsbyteri; ac tandem per 72. si Diaconi proponantur, vt probat text. sic intelligendus in cap. *Presul. 2. q. 4.* licet Abbas in cap. *Licet vniuersis*, de testibus hoc iam hodiè nō procedere affirmet,

Glossa.

Alban.
Asor.Cap. His
qua.

3

Cap. ult.

4
Ca. Quia
pericul.Cap. 2 de
cler. non.

5

6
Ca. Pra-
sul.

Abbas.

7
Ca. F
is.8
Gemi
HonorCap.
suppl
gigen9
Cap.
verbC. Si
baterCap.
offic.10
Gloss

Pute

C. E
mun

Car

Lau

Exe
Exe
lus.

7
Ca. Felicis.

8
Gemin. Henric.

Cap. 1. de suppl. negligent.

9
Cap. 1. de verb. in 6. C. si Abbatem.

Cap. 1. de offic. leg.

10.
Glossa. Puteus. C. Excommunicat.

11.
Cardinal.

Laudens.

12
Extrau. Execrabili.

13

24

affirmet. Illos offendens tanquam collaterales Papæ crimen læsæ maiestatis incurrere censetur, aliasq; pœnas impositas per textum in cap. Felicis, de pœnis lib. 6. quinimò, & hodie in cœna Domini excõmunicatur. Possunt etiã, non Episcopi minores ordines conferre, & solemniter benedicere, ut notant Gemin. in cap. Abbates, de priuileg. lib. 6. Henr. q. 10. de sacramento Ord. cap. 23. §. 3. notatur etiã quoad benedictionem ab scribentibus in cap. 1. de suppl. neglig. prelat. si fuerint legati habet in exemptos iurisdictionem per cap. 1. de verborum lib. 6. & cap. si Abbatem, de electione, eodem lib. beneficia conferre possunt, etiam Romano Pontifici reseruata, cap. 1. in fine de officio legat. eodem libr. ubi Glossa cap. Venerabilis penult. de præbend. latè Puteus lib. 2. dist. 266. & excõmunicatos pro violenta manu iniectione absoluere possunt. cap. Excommunicatos, de officio legatis subditi illorum, & familiares eidem tanquam ordinario subijciuntur, Cardinalis in Clementina Ne Romani, de electione, Laudens. de Cardinal. 1. p. q. 17. plura beneficia incompatibilia possunt facillè ex dispensatione obtinere, iuxta Extrauag. Execrabilis, de Præbendis. Tãdem à Sixto 4. illis concessum fuit, ut beneficia Ecclesiarum, in quibus intitulati, seu cõmendatarij sunt, liberè conferre possint non obstantibus quibuscunque reseruationibus, nisi fortè in curia vacauerint. Multa alia priuilegia recensent Doctores, de quibus magna est controuersia; inter quæ duo sunt præcipua; alterum, quod damnatus ad patibulum liberatur, si dum iuerit Cardinali obuius fiat; à quo aut veste, aut pileo

A protegeretur, ut per Bald. Paulum de Castro, Salicer. in l. Adiectos. Cod. de Appellat. Felin. in cap. Querenti, de offic. delegati, & alios citatos ab Albano de Cardin. q. 42. in princ. aliud vero, quod orto schismate, data vè contentione, concilium congregare possunt, ut per Cardoso. consilio 150. latè Manfred. de Cardinali. cap. 3. cum eis totius Ecclesiæ cura demandata sit, eidemque inuigilare maximè debeant. Alia recensent supracitati Doctores, apud quos & Asor. d. 2. p. lib. 4. cap. 3. videri possunt.

B

§. VI.

Vtrum mortuo Papa illius iurisdictionis sit penes Cardinales.

SVMNARIVM.

- 1 Mortuo Papa, illius iurisdictionis non remanet penes Cardinales.
- 2 Mortuo Papa, eius iurisdictionis, aliqui ad vniuersalem Ecclesiam, alij ad dignitatem Papalem, quæ nunquam moritur pertinere affirmant.
- 3 An, Papa mortuo, dum alius non eligitur, potestas penes aliquem remaneat in Ecclesia.
- 4 Cardinales, quales eligi debent, & qualiter de redditibus Ecclesia testari queant remissiuè.

C

D

Icet in præcedentibus §§. dicamus Cardinales tanquam Summi Pontificis Consiliarij vnum corpus cum illo cõstituire, imò pars corporis ipsius dicantur, iuxta dictum cap. Felicis, de pœnis lib. 6. ob idquè eo mortuo illius iurisdictionem debuissent succedere, quemadmodum in Capitulo Sede

Bald. Castro. Salices. Felin. Alban.

15. Cardoso. Manfred.

Asor.

Cap. Felicis.

Cap. His
qua
C. Olim.
Glossa.
Bart.

Sede vacante Episcopalis transit iurisdic-
tio, per textum in cap. *Hisqua*, cap.
Olim, de maiorit, & obedient. quo ar-
gumento hanc sententiam sequitur
Glossa verbo *Sede vacante*, in cap. 1. de
schismat. libr. 6. & notauit Bart. in l.
Vbi adsunt, per textum ibi nu. 2. ff. de
tutoribus, & curatoribus. Nihilomi-
nùs tamen securius asserendum est
penes Cardinales, mortuo Pontifice,
non manere Pontificalem, & supre-
mam iurisdictionem, ita vt nihil face-
re possint, quod ad futurum Pontifi-
cem, per textum ita expressè consti-
tuentem in Clementina *Ne Romani*,
in principio de electione, vers. *Irritū*.
Ex qua reprobata fuisse prædictam
Bartoli sententiam, notat Glossa ibi,
verb. *non consonam*, recepta ex Immo-
la n. 32. notaruntq; etiam scribentes
communiter, quos refert Pauin. de
potestate. Cap. præludio. 6. nu. 6. Al-
ban. de Cardinal. q. 41. vbi asserit id
constitutum fuisse, ob accelerandam
Pontificis electionē, iuxta distinc-
tionem in cap. *Vbi periculum*, §. *Ideoquē*,
de electione libr. 6.

Clem. Ne
Romani.

Glossa.
Immol.

Pauin.
Alban.

Cap. Vbi
periculū.

Capistran.

C. Si gra-
uosa.

Sed dubium maximè facit, penes
quem, mortuo Papa, illius iurisdic-
tio remanere debeat; neque enim asse-
rendum videtur Christum Dominū
voluisse Ecclesiam suam eo tempore
sine regimine, & potestate deserere.
Planè nullibi magis aptè, & conue-
nienter remaneret, quam penes Col-
legium Cardinalium; vnde alij do-
cuerunt potestatem illam manere pe-
nes Ecclesiam vniuersalem, vt latè
tenet Capistran. de Auctorit. Papæ.
& Concilij p. 3. secundæ principalis,
pagin. 132. alij verò in dignitate ipsa
Papali, & Sede Apostolica, quæ nun-
quam moritur, cap. *Si gratiosa*, de ref-

criptis in 6. cōseruari existimauerūt,
vt post Archidiaconum, Ioann. Mo-
nach. & alios, quos refert, constanter
tenet Turrecrem. lib. 2. in summ. cap.
79. vers. 3. Sed aduersus obstat ma-
ximè dicta Clementina, *Ne Romani*.
Contra verò aliam vrget, quod cla-
ues soli Petro, eiusque successoribus
promissæ, & traditæ sunt; ergo nullo
modo in Ecclesia remanere possunt.

Quare prædictum dubium ita re-
soluendum videtur; quod mortuo Pa-
pa, potestatis illius plenitudo forma-
liter in se sumpta penes Christū Do-
minum remanet, qui primum est, ac
principale caput Ecclesiæ; ita vt ab
ipso Christo successor Papæ illam po-
testatem dicatur accipere, non noua
cōcessione, sed antiqua institutione.
Vt verò illius potestatis, & plenitudi-
nis exercitium in Ecclesia non rema-
net, aut in Cardinalibus, nisi tantum;
ad nouam Pontificis electionem fa-
ciendā, vel quatenus aliās sacris Ca-
nonibus concessum reperitur, iuxta
dictam Clementin. *Ne Romani*, atque
ita tenere omnes notabiles Docto-
res, Theologos, & Canonistas testa-
tur Turrecremat. d. cap. 76. à princip.
Neque enim dicendum est huiusmo-
di exercitium in Christo remanere;
cum post resurrectionem Christus de
communi lege eo vsus non fit, nisi
mediante Papa, cui oues suas commi-
sit. Neque obstat similitudo de Ca-
pitulo Sede vacante; negamus enim
Cardinales cum Pontifice vnum cor-
pus constituere, sed magis cum Ec-
clesia vniuersali. Neque tandem vi-
deri inconueniens, manere Ecclesiā
sine illius potestatis exercitio; huic
enim dubio occurrit Turrecremat.
vbi proximè, interim notabile detri-
mentum

Archid.
Ioan. mo-
nach.
Turrecr.
Clem. Ne
Rom.

Clem. Ne
Romani.

Turrecr.

Turrecr.

mentum Ecclesiam non pati, cum
sufficenter ei provideatur per sacros
Canones Collegium Cardinaliū, &
inferiores praelatos, in quibus pote-
4 stas aliqua remanet, prout illis à iure
communicata reperitur. Cætera de
Cardinalibus, quales scilicet eligi de-
beant, qualiter testari possint de red-
ditibus Ecclesiæ; & multa alia de hac
re videri possunt apud Martin. Lau-
denf. Barbat. Manfred. Alban. Plat.
Albertech. Asor. in d. cap. i. cum se-
quentib. Germon. in d. tractat. de in-
dultis, Petrum Gregor. d. 2. p. de Car-
din. cap. 4. Vasq. dicta disput. 242. per
totam, & alios citatos in discursu,
qui de Cardinalatu integros tracta-
tus ediderunt.

Lauden.
Barbut.
Māfred.
Alban.
Plato.
Alberte.
Asor.
Germon.
Pe. Greg.
Vasq.

DISPUTATIO III.

De Legatis.

Subsequenter ad disputatio-
nem de Cardinalibus op-
portunum duxi, & necessa-
rium aliquid addere de Le-
gatis Cardinalibus, de què alijs, qui
aliquando *Missi*, aliquando *Nati*, ap-
pellantur; quorum officium, licet in
Hierarchico ordine diuersum gradū
non constituat, sine illius tamen cog-
nitione, cum in Ecclesia præcipuum
sit, & antiquissimum, vt ex infra di-
cendis constabit, non ita elegans no-
stra hæc de Ecclesiastica Hierarchia
procederet relectio.

§. I.

De origine, & diuisione Legatorum.

SUMMARIVM.

I Qui Apostolici legati dicantur.

- 2 Legatorum officium in Ecclesia an-
tiquissimum est.
- A 3 Qua ratione Legati fuissent insti-
tuti.
- 4 Qui sint legati de Latere.
- 5 Legati de latere pars corporis appel-
lantur.
- 6 Qui sint legati Missi.
- 7 Legati Hispania missi dicuntur.
- 8 Legati Nati, qui dicuntur.
- 9 Archiepiscopus Cantuariensis, & prin-
ceps Sicilia nati dicuntur legati.
- 10 Olim equalis potestas erat inter lega-
tos de latere missos, & natos.
- B 11 Hodie legati de latere pleniorē ha-
bent potestatem cæteris.
- 12 Sicut à presbyteris Episcopi differ-
runt, ita legati de latere à cæteris le-
gatis.
- 13 Omnes legati indistinctè sunt Papa
vicarij.
- 14 In legatis de latere plena remansit
antiqua legatorum potestas, in cæte-
ris verò legatis restricta fuit.
- 15 Legati Apostolici inter se specie non
differunt.
- C 16 Legati de latere Proconsulibus cõpa-
ratur, cæteri verò legati presidibus.
- 17 Legati de latere hodie multa possunt,
quæ cæteris legatis denegantur.



Missæ ergo multiplici lega-
torum distinctione, de qui-
bus agitur in titulo ff. de le-
gationibus, & C. eodem lib.

I
Tit. ff. de
legat.
L. Sanctū
Cap. Ius
gent.

II. & in l. Sanctum, ff. de rerum diui-
sione, cap. Ius gentium. i. distinct. ibi,
Legatorum violandorum religio, &c. cū
alijs. Legati Apostolici, de quibus
hoc loco agimus sunt illi, qui à Papa
tanquam eius vicarij ad Ecclesias, &
Prouincias per totū orbem dispersas
mittuntur, vt ibi ædificent, & plantēt

2

P prout

3 prout spirituali eorum saluti viderint expedire. Horum officium non nouum quidem, sed vetustissimo Ecclesie vsu comprobatum reperitur; de illo enim iam legitur in Conc. Sardic. canon. 7. de quo in cap. *Si quis Episcopus*. 2. q. 6. quod fuit paulò post Nicenũ, & apud Gregorium. 1. in cap. *Decreto*, eadem causa, & quæst. Simanc. & Alex. in c. 1. & 2. 94. dist. Et ea ratione fuit inuentum, quia cum Summi Pontificis proprium munus sit singulis Ecclesijs pastoralis officio incumbere, iuxta text. in cap. *Cum instantia* in fin. principij de censib. ipseque omnibus personaliter interesse non poterat si quando ipsius præsentia desideraretur, merito fuit introductum, vt selectissimos viros ad easdem Ecclesias legatos mitteret, qui tãquam eius vicarij omnia facere possent, quæ ad spirituale profectum expedirent; quam rationem expressè sentit tex. in d. cap. 1. 94. dist. ibi, *Et ubi nos presentes esse nõ possumus, nostra per eum cui precipimus representetur auctoritas, &c.* referturque in integra d. capituli *Cum instantia*, de censibus.

4 Planè hi Legati Apostolici tripliciter à Doctoribus considerantur, alij enim dicuntur legati de latere, quos scilicet Pontifex de suo latere mittit, quales olim omnes legati mittebantur, vt colligitur ex text. in dicto cap. *Decreto*, dicto cap. *Si quis Episcopus*, ibi, *vt de latere suo presbyteros mittat.* Hodiè verò sunt soli Cardinales, quando legationis officio funguntur, cum illos solùm Pontifex tanquam ei assistentes circa ardua Ecclesie negotia, iuxta suprâ dicta, quasi de latere suo mittat, possitque pars corporis ipsius appellari, vt inquit text. in cap. *Faliciis*, de pænis lib. 6. Alij appellan-

tur *Legati missi*, quales sunt illi qui simpliciter à Sede Apostolica mittuntur ad legationis officium in aliqua Prouincia exercendum, nequè Cardinalatus honore fulgent, prout hodiè sunt Nuncij Hispaniæ. Alij denique *Legati nati* cognominantur, qui sunt illi, quorum dignitati, v. g. officium legationis est annexum, ac subindè non mittuntur à Papa, sed fiunt vbiprimùm talem cognitionem consequuntur, ideòque appellantur *Nati*, vt v. g. est Archiepiscopus Cantuariensis, de quo agit textus in cap. 1. de officio legati, ibi, *Vobis non solum Metropolitico, sed legationis iure præesse, &c.* Et Princeps Siciliae, qui etiam est legatus natus, quam trimembrem legatorum diuisionem agnoscunt, & supponunt planè text. in cap. *Volentes*, & in cap. penultim. de officio legat. cap. 2. de officio legati, libr. 6. & post alios explicat Flagmin. Paris. de resignat. benef. lib. 7. quæst. 13. à nũ. 2. Lel. Zeq. de rep. Eccles. de statu illust. leg. num. 2. Asor. Institut. moral. 2. p. lib. 5. cap. 27. Garcia de beneficijs 1. p. cap. 5. per totum.

His autem omnibus legatis Apostolicis olim potestas, & legationis officium æqualiter, & plenè competeat, quousque postea ex vsu Ecclesie, & Pontificis constitutionibus in aliquibus legatis, scilicet *Missis*, & *Natis*, fuit restrictum, in alijs verò nempè de latere plenum remansit, vt ita per hanc maioris, & minoris potestatis differentiã, & extensionẽ, seu restrictionẽ distinctio quoque inter legatos de latere, & alios introduceretur, prout Ecclesie decori, & regimini expediebat; quemadmodum aliàs per solã sacerdotalis characteris extensionẽ, & re-

7.

8

Cap. 1. de offic. leg.

9

Cap. Volentes. C. penult. Cap. 2. Flagmin.

Zequi. Asor. Garcia

10

& restrictionem inter maiores sacerdotes, nempe Episcopos, & minores, nempe presbyteros in Ecclesia Dei ex Christi ordinatione; differentia, & distinctio noscitur introducta, ut optimè declarat Vuald. de sacramēt. tit. 7. c. 72. n. 3. Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. Vasquez tom. 3. disp. 5. c. 1. quicquid nostri communiter contradicant, ex Felino in cap. *Sicut*. 3. de Simonia.

Quæ quidem resolutio ex eo manifestè apparet, quia si legationis naturam consideremus, omnes Legati indistinctè sunt Papæ Vicarij in prouincijs sibi decretis, cap. 1. cum alijs de officio legati. Omnes insuper, tãquam eius locum tenètes sunt honorandi ex reg. text. in cap. vlt. 93. dist. Vnde idem omnium officium fuisse, eandemq; potestatem necessario fatendum est; ita ut potuerint omnia, quæ sub legationis officio cõtinètur. Quod autem hodiè Legati de latere à cæteris in multis distinguantur, quasi multo maioris potestatis, & honoris prærogatiua fungentes, iuxta text. in cap. *Volentes*, & in cap. penult. de offi. legati. c. 1. eo tit. lib. 6. cap. *Si Abbatè*, de elect. eodè lib. cum alijs, de quibus infra ex eo prouenire debet, quod ex his nempe legatis de latere officium, & legationis potestas plena remansit, prout erat in sua primæua natura; in alijs verò ex illis Pontificum constitutionibus, & vsu Ecclesiæ restricta fuit, iuxta supradicta. Ex quibus iam consequitur legatos Apostolicos attentis iuris regulis inter se specie non differre, nequè eorum differentiam secundum iuris regulas, sed potiùs cõtra illas fuisse introductam, ut patet. Consequitur etiam ex eadem differentia prouenire, quod legati de la-

tere cum Proconsulibus comparentur; cæteri verò cum Præsilibus, prout fecit Pontifex in cap. 2. de officio legati lib. 6. & Glossa ibidem, verbo *Proconsulum*, explicauit Boer. de auth. Concil. mag. n. 6. Consequitur tãdem legatos de latere hodiè multa posse, quæ cæteris denegata reperiuntur, de quibus in sequenti §. dicemus.

Cap. 2.
Glossa.Boer.
17

§. II.

De prærogatiuis, & priuilegijs
Legatorum.

SUMMARIUM.

- 1 Legati Apostolici in prouincijs sibi cõmissis ordinarij iudices censentur.
- 2 Ratio huius rei.
- 3 Opponitur contra supradictum, & soluitur.
- 4 Legati in illis, quæ ex officio sibi competunt, non Apostolica, sed propria auctoritate procedunt.
- 5 Legati Apostolica auctoritate procedunt in illis, quæ specialem commissionem requirant.
- 6 Legatis Apostolicis ordinaria competit iurisdictio in prouincijs sibi commissis circa iudicialia.
- 7 Legati de causis in prima instantia, seu per viam quærelæ antiquitus poterant cognoscere, non tamen hodiè.
- 8 An legatus possit cognoscere de causa criminali contra Episcopum.
- 9 Legati regulariter supradictam iurisdictionem non exercent in exemptis, nisi in casibus à iure permissis, & nisi sint legati de latere.
- 10 An legati de iure ordinario possint conferre omnia beneficia sua Prouincia, quæ possunt Ordinarij.
- 11 Opinio præceptorum.

Vuald.
Soto.
Vasq.

Felin.

11

Cap. 1.

12

C. vlt. 93
dist.

13

14

Cap. Volè
tes.

C. penult.

Cap. 1.

C. Si Ab-
batem.

15

16

- 12 *Communis opinio.*
- 13 *Amplectitur communis.*
- 14 *Soluantur fundamenta contraria sententia.*
- 15 *Legati de latere possunt conferre omnia beneficia sua prouincia, quae pertinent ad collationem Ordinarij, etiã cum derogatione iuris patronatus, ecclesiastici.*
- 16 *Legati de latere possunt conferre beneficia deuoluta ad sedem Apostolicã per Lateranense Concilium.*
- 17 *Legatus de latere non potest conferre beneficia ad presentationem laicorum spectantia.*
- 18 *Quod procedit etiamsi ius patronatus mixtum proponatur, nempe ecclesiasticum, & seculare.*
- 19 *Legati de latere non possunt conferre beneficia specialiter à Romano Pontifice reseruata.*
- 20 *Legatis de latere competeat potestas ad reseruanda beneficia vacatura sua prouisionis in terminis, in quibus illa conferre valebant.*
- 21 *Interpretatur text. in cap. Constitutus. II. de concess. præbend.*
- 22 *Hodie stante Concilio Trident. beneficiorum reseruaciones, nec à legatis de latere fieri possunt.*
- 23 *Legati de latere etiam in fauorem certa persona beneficiorum reseruaciones facere poterant.*
- 24 *Differentia inter reseruacionem cum expectatiua, & inter reseruacionem sine illa.*
- 25 *Legati de latere possunt constituere pensionem in beneficijs à se collatis.*
- 26 *Interpretatur text. in cap. Prohibemus. 7. de censibus.*
- 27 *Conciliatio inter textum in cap. presenti de officio legati lib. 6. & inter textum in cap. I. eodem titul. & libr.*
- A *pro intelligentia illius questionis, an legati de latere possint reseruare simul plura beneficia ad collationem illius unius collatoris pertinentia.*
- 28 *Supra dicta de legatorũ de latere potestate circa reseruacionem, vel collationem beneficiorum, in illis tantũ procedit questio, & collatio auctoritate Apostolica Episcopis cõmissa est.*
- 29 *Legati de latere non possunt reseruare, vel conferre beneficia, quae per viam electionis prouidentur, nec per viam commenda conferuntur.*
- B 30 *Legatis Apostolicis competit potestas condendi statuta perpetua in spectantibus ad suam iurisdictionem, nec ad id requiritur consensus populi, nisi ipsius vertatur praiudicium.*
- 31 *Legati Apostolici omnia possunt in suis prouincijs, quae specialiter Romano Pontifici in signum suprema potestatis reseruata non sunt.*
- 32 *Legationis officium reale, etiam deficiente persona non expirat, secus in personali.*
- C 33 *Actus gesti à legato ex quibus alicui tertio ius acquiritur, finito legationis officio, etiam re integra non expirat.*
- 34 *Actus iurisdictionales à legato facti re integra expirant.*
- 35 *Actus à legato facti ex quibus nullum ius alteri queritur, mortuo legato, re integra finiuntur.*
- D **E** *Gimus in præcedenti §. de origine, & diuisione Legatorum; restat modò, vt illorum, tam honoris, quàm potestatis prærogatiuas videamus. Et imprimis legati Apostolici in prouincijs sibi decretis Ordinarij censentur iudices, non delegati; probat expressè tex. in cap. 2. de officio legati lib. 6. Cap. 2. ibi,*

Glossa. ibi, *Ordinarios reputantes*, vbi *Glossa*, & *Doctores*; facitque ratio, quia legati sub forma officij per se stantis suam exercent iurisdictionem, cum illorum officium ad instar Proconsulum noscatur institutum; dicto cap. 2. & vti tale iurisdictionem sibi habeat coherentem, cap. *Quod translationem*, ibi, *Ex ipso legationis officio*, de officio legat. Nec refert, quod talis iurisdictione demandata sit, & insuper ad certum territorium restricta, iuxta regulam legis primæ, §. *Qui mandatam*, ff. de officio eius, *glossa* recepta ad verbum, *foraneo*, in *Clement. 2. de Rescript.* legati enim illam recipiunt sub forma officij, & dignitatis, vt dictum est, quo casu non procedit regula dicti §. *Qui mandatam*; deinde licet restricta sit, certum tamen est vicarium generalem, etiam cum restrictione ad certum territorium, si non ab inferiore, sed à Principe, quales sunt legati, fuerit deputatus, ordinarium esse; sicut sunt alij rectores ordinarij eiusdem territorij; cum non minus, quàm illi dignitatis, & potestatis inibi habere videatur ex regula text. in c. *Sanè. 2. de officio delegati.* Hinc legati in ijs, quæ ex officio, & iure suæ legationis competunt, non Apostolicam, sed suam exercent iurisdictionem, suaquè auctoritate censentur procedere, vt probat optimè text. in cap. *Si Apostolica*, ibi, *auctoritate suæ legationis*, cap. *Hi qui*, de præbend. lib. 6.

L. 1. ff. offic. eius. Glossa.

C. Sanè.

C. Si Apostolica.

C. Hi qui.

Ca. Nisi.

Ca. Quod translationem.

Declarandum tamen est prædicta non procedere in illis, quæ requirunt specialem cõmissionem, & quæ ex illa solum legatis competunt, prout in terminis text. in cap. *Nisi*, cap. *Quod translationem*, de officio legati: in illis enim non Ordinarij, sed delegati cõ-

sentur. *Glossa* vltima in fine in cap. *Ex literis. 39. de rescript.* vbi *Doctores*, ac proindè in his etiam, non sua, sed auctoritate Apostolica procedere dicuntur, d. cap. *Hi qui*, in fine de præbend. lib. 6. textus optimus, aliàs difficilis ita intelligendus in cap. *Decreto. 2. q. 6. ibi, Auctoritate nostra*; agit enim text. ibidem de causa criminali contra Episcopum, & grauissima sedi Apostolicæ reseruata, iuxta *Glossam* in dicto cap. *Quod translationem.* *Trid. sect. 24. cap. 5.* & de qua legatus non nisi ex speciali commissione, & ita Apostolica auctoritate cognouit.

Secundò principalitèr eidem legatis Apostolicis ordinaria competit iurisdictione in prouincijs sibi decretis circa iudicialia, itavt de omnibus causis possint cognoscere, de quibus ijdem Ordinarij iudicare valent. Quæ prerogatiuam constituunt communiter *Doctores* ex *Specul. in titul. de Legib. lib. 6.* cui etiam in sua prouincia idem licet, iuxta textum optimū in l. *Si in alium*, §. *Cum plenissimam*, cū duabus legibus sequentibus, ff. de officio Proconsulis. Hinc legati poterant, quemadmodum Ordinarij attento iure de causis in prima instantia, seu per viam querelæ cognoscere, vt probat text. celebris in cap. 1. de officio legati, vbi *Glossa*, *Doctores*, nisi causæ illæ penderent iam coram Ordinario, vel coram illo terminatæ fuissent. Couas post alios practicarū cap. 9. n. 3. Nequè obstat textus in capite *Peruenit. 11. q. 1.* vbi inhibetur clericis, ne contemptis proprijs Episcopis, apud Legatum Siciliae, de quo ibi, causas agerent sicut antea faciebant, quia, vt colligitur ex subscriptione non loquitur text. in legato, sed

Glossa.

C. Decreto.

Glossa.

Trident.

3

Specul.

L. Si in alium.

Cap. 1. Couar.

C. Peruenit.

Archid.
Alexand.
Cardin.
Abbas.

in defensore; quem intellectum post Archidiacon. & Alexand. ibi admittunt Cardin. Abbas, & communiter Doctores in dicto cap. 1. licet illum textum agere de legato contendente cognoscere de temporali iurisdictione ad Episcopum pertinente, quod facere non debebat, intelligat Vilhadieg. deleg. q. 8. n. 3. & 5. Hodie tamē

Vilhad.

hæc cognitio caularum in prima instantia solis ordinarijs est reſeruata,

Cœ. Tri-
dent.
Glossa.

& legatis penitus interdicta per Cōcil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione cap. 20. Hinc etiam notauit Glossa penult. in cap. *Fratre*. 16. q. 3. poſſe legatum cognoscere de causa criminali contra Episcopum, & iudicare illū fore deponendum, quemadmodum aliàs de Archiepiscopo inquit Glossa in cap. *Biduum*, §. *Si quem*, verb. *Adnotauerit*. 2. q. 6. Vilhad. q. 8. nu. 17. Hoc tamen non ita de plano procedit, quinimò contrarium verius esse quibusdam Doctores visum est.

Glossa.
Vilhad.

4

Aduertendum tamen est predictā iurisdictionem, sicut, & aliam non cōpetere legatis regulariter in exemptos, nisi fuerint legati de latere, seu

Glossa.
C. Si Ab-
batem.

Cardinales, vt dixit Glossa in d. cap. 1. *Si Abbatem*, de electione eodem lib. 6. in illis tamen casibus, in quibus datur Ordinario à iure iurisdictione in exemptos, vt passim in multis locis Cōcilij Trident. in eisdem etiam com-
petet legatis, etiamsi Cardinales non fuerint, cum, vt suprā diximus, omnē ordinariam habeant iurisdictionem; quinimò addit Glossa final. in dicto cap. 1. de offic. legati poſſe exemptos

Trident.

ipſos se submittere iurisdictioni legati, sine superioris consensu, quā Gloss. à nemine notandam dixit Felin. in cap. *Cum olim*. n. 4. de præſcriptionib.

Felin.

A

Tertiò principaliter ijdem legati iure ordinario, & virtute suæ legationis poſſunt conferre omnia beneficia, quæ poſſunt Ordinarij suæ prouinciæ. Probat optimè Innocent. 3. in cap. *Dilectus*, de officio deleg. cap. *Cum dilectus*. 28. de iure patronat. Et vtrobique omnes Doctores, hoc autem attento iure Decretalium, procedere in omnibus legatis, siue de latere, siue alijs videtur probare Innocentius 4. in cap. 1. de officio legati libr. 6. dum nouiter hanc potestatem conferendi beneficia adimere videtur cæteris legatis, solumque ab hac restrictione potestatis Cardinales legatos excipit, quasi antea omnibus æqualiter competeret. Idem etiam suadetur ex verbis suprascriptorum iurium, vbi sepius de legatis fit mentio, nequè Pontifex vnquam adiecit de latere, quod quidem verosimiliter faceret, si de illis tantum intelligeret. Ex quibus sententia hæc nostris præceptoribus placuit. Cæterum communis Doctores opinio aduersatur contendens etiam attento iure Decretalium potestatem hanc conferendi beneficia non competere, nisi legatis de latere, quod ita tenuit Glossa

C. Dile-
ctus.
Ca. Cum
dilectus.

C. 1. de of-
fic. leg.

B

verbo *Legatus*, in cap. *Si Apostolice*. 22. de præbendis in 6. sequitur Abb. n. 2. in d. cap. *Dilectus*. Pauin. de potestat. Capit. 2. p. q. 2. n. 7. post alios Rebus. in prax. tit. de Collat. n. 3. confirman-
tes suam sententiam ex text. in cap. *Literas*, de supplēd. neglig. vbi iniungitur legatis, vt auctoritate Apostolica conferant beneficia suæ prouinciæ, quæ auctoritas necessaria non erat, si attento iure prædicta potestas eisdem communicata reperiretur: vn-
dè licet contraria præceptorum opi-
nō

Glossa.
Abbas.

Pauin.
Rebus.

Ca. Liter-
as.

nio veneranda sit, communis tamen in proposito mihi amplectenda videtur: nam iura omnia, quæ in Decretalibus de legatis conferentibus beneficia mentionem faciunt, agunt expressè de legatis de latere; vt imprimis constat ex text. in cap. *Cum dilectus*, de iure patronatus, qui loquitur in Episcopo Hostiensi legato qui quidem est Cardinalis; imò Decanus ipsius collegij, & consecrat Romanum Pontif. quando eligitur; similiter text. in d. cap. *Dilectus*, de offic. leg. loquitur in Episcopo Prenestino, qui etiã est de numero Cardinalium secundũ Ioannem Andr. quem refert, & sequitur Immola, & in cap. *Examinata*, de confirmat. vnde cum prædicta iura loquantur in legatis de latere expressè, quid est cur prædictam potestatem, quæ maximè odiosa est, & ita restringenda, ad alios ampliemus. Et ita ex dictis cessat secundum fundamentum contrariæ sententiæ. Primũ verò ex text. in d. cap. 1. de officio legati in 6. tollitur, si præter alios dicas olim iure Decretalium hanc potestatem beneficia omnibus legatis de latere competere; siue fuissent Cardinales, siue non; poterant enim legati de latere mitti, qui non fuissent Cardinales, vt sentit expressè Glossa vltima, vers. *Alij verò*, in cap. 1. de officio legat. qui hodiè ex stylo Curiaë soli Cardinales sunt; Innocentium autè in d. cap. 1. solum de nouo statuiffe nullum legatum etiamsi haberet potestatem legati de latere posse beneficia conferre, nisi Cardinalis fuerit, propter honoris prærogatiuam, vt colligitur ex illis verbis quantũcunq; plenam obtineant legationem, & ex exceptione, quam solum fecit in Car

dinalibus non verò in legatis de latere generalitèr ibi, *quod in fratribus nostris, &c.* In quo quidè antiquum ius emèdauit, quo hæc potestas omnibus legatis de latere competebat, & optimè verificatur, verbum *Statuimus*, quo ibi Pontifex vsus est.

Planè potestas hæc legatis de latere competens conferendi beneficia, ampliatur primò, vt procedat etiam cum derogatione iuris patronatus ecclesiastici; & ita etiamsi talia beneficia ad præsentationem clerici pertineãt; adhuc enim legatus conferre poterit. Quam ampliacionem probat elegantèr text. in dicto cap. *Dilectus*, de officio legati, & in dicto cap. *Cum dilectus*, de iure patronat. notantq; scribentes ibidè, quos refert, & sequitur Couas practicarum cap. 36. n. 2. Et quanuis huius ampliacionis altera ab illis assignetur ratio, ea tamèn potissima est, quia cum legatus ex iuris concessione possit in sua prouincia cumulatiuè cõcurrere cum omnibus Ordinarijs in beneficiorum prouisionibus, iuxta supradicta, & præsentatio patroni Ecclesiastici in beneficio habeat aliquam vim prouisionis, vt videtur probare Trident. de reform. sess. 24. cap. 18. vers. *Si verò*. Merito effectum fuit, vt quemadmodum, adiecta potestate potest legatus conferre beneficia pertinentia ad collationem Ordinarij, ita etiam illa, quæ ad præsentationem clerici spectauerint; nequè in hoc eidem aliquam censetur iniuriam irrogare, cum iure suo vtatur.

Ampliatur secundò, vt possint ipsi legati conferre beneficia deuoluta ad sedem Apostolicam per Lateranense Concilium, id est, per negligentiam

P 4 Prælato-

Cap. Cum dilectus.

Ca. Dilectus.

Ioan. Andr. Immola. Cap. Examinata.

Cap. 1.

Glossa.

Innoc. 3.

6.

Ca. Dilectus. Ca. Cum dilectus.

Couas.

Trident.

7

Conc. Lateran.

C. Venerabilis. Prælatorum in conferendo, vt elegantèr probat text. in cap. *Venerabilis* penult. de præbend. qui agit de Episcopo Portuensi legato, qui de latere erat, cum sit Cardinalis, secundum Gloss. reg. 7. Cancellar. Et est communis Doctorem opinio cum Glossa in cap. 1. de officio legat. libr. 6. Etenim in Clemēt. *Si de beneficio*, vers. *Siue ad nos*, de præbend. Innocent. in dicto cap. *Venerabilis*, post alios Puteo distin. 266. Oeucas de reseruat. q. 4. principali n. 8. Corras. de sacerdot. tit. de legat. à latere, n. 4. alias ampliaciones tradunt Doctores in principio, quæ nec iure probantur, nec tempus patitur omnes percurrere.

Glossa Cæcel.

Glossa Clement. Si de ben. C. Venerabilis. Oeucas. Corras.

8

Limitatur tamē prædicta potestas circa beneficia legatis cōpetens; primò, vt non procedat cum derogatione iuris patronatus sæcularis; non poterit enim legatus conferre beneficia ad præsentationem laicorum spectantia, vt expressè videtur probare text. in d. cap. *Cum dilectus*, de iure patronatus, quatenus differentiam constituit inter laicum, & clericum, probat etiam d. cap. *Dilectus*, de officio legati, agnoscunt Doctores communiter considerantes in iure patronatus sæculari non reperiri rationem illam, de qua suprà, nec subiectionem erga legatos, qualem habet Ecclesiastici; nec tandem censerit Pontificem eidem præiudicium velle inferre, contra regul. text. in l. 2. §. *Si quis à principe*, ff. Ne quid in loco publico, & ne Patroni à construendis, vel dotandis Ecclesijs arceantur. Nèc ad rem faciet, an huiusmodi ius patronatus laicum, seu sæculare, quæsitum sit fundatione, vel dotatione Ecclesiæ, aut priuilegio, seu præscriptione; adhuc enim cum

Cap. Cum dilectus.

C. Dilectus.

L. 2. §. Si quis à principe.

eiusdem speciei censeantur, & præscribens aduersus patronum fundantem, vel dotantem dicatur in illius ius succedere, in illo etiam legatus præiudicare non poterit, vt in specie resoluit Immola in d. cap. *Dilectus*, n. 8. *Immola*. Licet receptissima Doctorem sententia, vt per Couas, vbi proximè nu. 6. *Couas*. contrarium tueatur; hodie tamen hæc sententia, locum habere non poterit, cum per Trident. sess. 25. de reformatione cap. 9. reprobentur patroni omnes, qui tales non fuerint ex fundatione, vel dotatione, aut saltem ex præscriptione immemoriali, cum requisitis, de quibus ibi; cautela tamen esse poterit, si patroni se esse asseruerint ex sola fundatione, vel dotatione; in dubio enim tales præsumuntur, solumquæ præscriptionem ad hanc præsumptionem probandam allegabunt. Nec insuper refert, quod huiusmodi ius patronatus existat in persona clerici, si tamen ratione patrimonij fuit acquisitum; cum tunc adhuc sæculare, & profanum censeatur, ad hæredesq; etiam laicos transire possit, vt notauit etiam Glossa penult. ad finē in d. cap. *Dilectus*, quinimò etiā si ius patronatus mixtum proponatur, nempe Ecclesiasticum, & sæculare, adhuc etiam legatus cum illius derogatione beneficium conferre non poterit; cum in hac specie illius naturæ reputandum sit, iuxta quam maior fauor resultare potest, nec coniunctio personæ Ecclesiasticæ illi nocere debet, imò ad illam laici priuilegium est extendendum, iuxta regulam textus in l. *Si communem*, ff. quemadmodum seruitus amittatur, vt in specie tenuit etiam Glossa vltima in cap. vnico, §. *Verum*, de iure patronat. libr. 6. quam sequitur

Couas.

Trident.

Glossa.

L. Si com.

Glossa.

Abb Lamb

C. N. Ca. Q. trans. Cap. Gloss. Dom. Peru.

Cap. dilectus. C. D. C. T. ti. C. D. ratic.

C. C. tutu.

Abbas. sequitur Abb. in d. cap. *Dilectus*, Lam-
Lamb. bertin. & alij lib. 2. 3. p. q. 8. art. 4.

9 Limitatur secundò, vt non proce-
dat, nec habeat locum prædicta po-
testas circa beneficia Romani Ponti-
ficis specialiter reseruata, qualia v. g.
sunt vacantia in Curia; hæc enim le-
gatus nullo modo conferre poterit,
iuxta regulam text. in cap. *Nisi*, & in
cap. *Quod translationem*, de officio le-
gati, textus in cap. 2. de præbend. lib.
6. tenet Glossa vltima in cap. 1. de of-
ficio legat. lib. 6. vbi Domin. num. 11.
Perus. 7. Rot. dist. 119. de officio lega.
circa ea, quæ specialiter Rom. Pontif.
in signum supremæ potestatis sunt re-
seruata.

10 Quartò iam principalitèr eisdem
legatis competit potestas ad reseruā-
da suæ prouisioni beneficia vacatura
in illis terminis, in quibus eisdem com-
petere potestati illa conferendi huc-
usque declarauimus; atque ita probāt
in specie text. in dicto cap. *Cum dile-*
ctus. 28. de iure patronatus, cap. *Dile-*
ctus, de officio legati. cap. *Præsenti*. 3.
cap. *Deliberatione*. 4. eodem tit. lib. 6.
& ibi omnes Doctores, post alios latè
Bimoneta de reseruatione, q. 2. per
totam. Nec refragatur text. in cap.
Constitutus. 11. de concessione præ-
bendæ, vbi agens de legat. in fine
prohibet fieri huiusmodi reseruatio-
nes, quamuis factam ibi à legato cõ-
firmauerit, quia respondetur textum
solum agere de reseruatione facta ab
Episcopo, & hanc solum faciendam
reprobare propter Concilium Late-
ranense: legatis verò nihil prohibere,
quinimò dici potest reseruationem,
de qua ibi, ideò tantum à Romano
Pontifice fuisse confirmatam, tanquã
validam, quia scilicèt eã legatus etiã

A cõfirmauerat. Hodiè tamè ex Decre-
to Concilij Trid. sess. 24. de reforma.
cap. 19. huiusmodi reseruationes in
totum prohibentur, etiam si per Car-
dinales legatos de latere fiant.

Trident.

Ampliabis autem primò prædictã
reseruationem beneficij vacaturi fie-
ri posse à legato de latere etiam in fa-
uorem certæ personæ, vt probat op-
tinè text. in d. cap. *Cum dilectus*, ibi,
de qua, G, clerico. cap. Si Apostolica. 22.
ibi, *volens tibi prouidere, &c.* de præ-
bend. lib. 6. Et licet reseruatio hoc

II

B modo facta videatur importare pro-
missionem beneficij vacaturi certæ
personæ concessam, quam etiam le-
gatis de latere non licere probat tex.
in cap. *Dilectus*. 19. de præbend. Ad-

Cap. *Cum dilectus*.
C. *Si Apo- stolica*.

uertendum est illam reseruationem,
tunc solum prædictam promissionem
importare, quando fit insimul cum
expectatiua, quia tunc statim ius que-
ritur illi, in cuius fauorem facta est;
daturque occasio captandæ mortis;
ac subindè solum in eo casu etiam le-
gatis interdicitur, proceditque textus
in dicto cap. *Dilectus*; secus si reserua-

Ca. *Dile- ctus*.

C tio fiat absque expectatiua etiam in
fauorem certæ personæ, tunc enim
talem promissionem non continet,
nec vllum ius per eam eidem personæ
quæritur, imò reseruans, alij cui-
cunque conferre poterit; vnde cum sic
cessent rationes prohibitionis, illam
legatus facere valebit, iuxta dictum
cap. *Cum dilectus*, & d. cap. *Si Apostoli-*
ca, quæ in hoc casu necessario sunt
intelligenda, vt patet ex verbis illo-
rum, ibi, *volens, & ibi prouidere dispo-*
suerat, quæ verba magis significant
primum animi motum, & quasi desti-
nationem faciendi, quam aliquam
obligationem inductam.

C. *Dile- ctus*.

Cap. *Cum dilectus*.
C. *Si Apo- stolica*.

Amplia-

25

Ca. Cum
venisset.Cap. Nisi
essent.

Ampliabis secundò posse quoque legatum de latere reseruare, seu constituere pensionem in beneficijs à se collatis, vt argum. text. in cap. *Cum venisset*, de restit. spoliat. qui dicit Archiepiscopum, de quo ibi potuisse pensionem constituere, notant scribentes omnes ibidem, constat nanque non minorem habere potestatem legatū in sua prouincia, quam Archiepiscopum, facit etiam text. in cap. *Nisi essent* de prebendis, vbi pro bono pacis pensio à iudicibus de legatis imposta per Romanum Pontificem approbatur: ergo idem erit à fortiori dicendum in ea, quæ à legatis Apostolicis constituitur.

26

C. Prohibemus.
Cōc. Lat.Ca. Cum
venissent
C. Nisi.Gigas.
Corras.

Nequè obstat text. in cap. *Prohibemus*. 7. de censibus, vbi Cōcilium Lateranense omnibus inferioribus Romano Pontifici prohibuit novos census, seu pensiones in Ecclesijs constituere, aut veteres augere; ommissis enim varijs antiquorum intellectibus dicendum est prædictā Concilij prohibitionem procedere solum in pensione perpetua, & per quam Ecclesia perpetuò censualis efficitur, & oneratur, non verò in pensione temporali duratura tantum in vita possidentis; hanc enim legatus constituit poterit, sicut, & Archiepiscopus, & alij prælati inferiores, vt optimè probat textus in dicto cap. *Cum venissent*, & in d. cap. *Nisi*, qui in hoc casu sunt intelligendi, vt ex eorum verbis constat ibi, *interim post discessum*, & ibi, *dignitas, non persona*, resoluit Gigas de pensionib. q. 6. Corras. de sacerdot. 1. p. cap. 4. Et ita etiam seruat stylus Curia, secundum quæ pensiones duraturæ ultra vitam possidentis, Ecclesiā, vel beneficiū à supradicto Roma-

no Pōtifice imponuntur, tradit Soto lib. 8. de iust. q. 7. art. 2. Grac. 1. p. c. 5.

Limitabis tamen primò prædictā potestatem reseruandi legatis competentem, non extendi ad reseruanda simul plura beneficia, ad collationem illius vnus collatoris pertinentia, vt expressè decidit Bonifacius in cap. *Præsenti*. 3. vers. *Nec etiam*, de officio leg. lib. 6. vbi que omnes scribentes. Cæterum quia hoc difficile videtur, ex eo quod legatus potest in simul plura conferre cum præiudicio

Ordinarij, vt videtur sentire text. in cap. 1. eodem titulo, & lib. dum loquitur in plurali numero; vnde videbatur plura etiam posse reseruare, cum idem præiudicium, eademque potestas in vtroque casu reperiatur. Declarandum, & aduertendum est, tunc solum non posse legatum secundam reseruationem facere, aut tertiam, si priores à se factæ adhuc pendeant, nec sortiti fuerint effectum; in hoc enim solum casu procedit text. in dicto cap. *Præsenti*, ne aliàs in totum ordinarijs potestas conferendi auferatur, cum impossibile sit, vt conferant, quandiū plures pendent reseruationes; secus dicendum est, si legatus secundam, aut tertiam reseruationem faciat, postquam prima sortita fuerit effectum; tunc enim valebunt, si de priori faciat mentionem, quia tunc deficit ratio, de qua supra, cum prima finita maneat locus ordinario, in quo præueniendo legati potestatem, beneficium conferre possit, mentio autem prioris ex eo requiritur, quia in dubio legatus, non intendit grauare Ordinariū, qui iam per prius mandatum grauatus est, iuxta doctrinā Glossæ. 2. in cap. *Mandatum*, de Rescriptis.

Limita-

Garc.
Soto.

27

Cap. Præsenti.

Cap. 1.

Glossa.

28

Limitabis secundò, & magis generaliter non solùm prædictam potestatem reseruandi, sed etiam conferendi, de qua suprâ, vt scilicet procedât in illis beneficijs, quorum collatio auctoritate Apostolica Episcopis commissa est; cum enim in illis conferendis Episcopi delegati censeantur, Pontificemque repræsentantes, iuxta regulam text. in cap. *Sanè.* 2. de officio delegati, nullo modo legatus circa illâ se poterit intromittere, imò eorum potestas in hoc per aliâ Episcopis concessam derogata censebitur, succedetquè regula text. in cap. 2. de officio legati. Secundùm quam nullam habet iurisdictionem in ijs casibus, in quibus per aliqua iura Episcopis delegata iurisdictione specialiter committitur. Ex horum numero est potestas conferendi beneficia deuoluta in specie, Clementin. 1. ibi, *Auctoritate Apostolica*, de supplèd. neglig. Potestas item visitandi exemptos apud Tridentinum sess. 7. cap. 5. & alia multa similia, quinimò non solùm ea, quæ Episcopis competunt, tanquam delegatis sedis Apostolicæ, sed etiam omnia alia, quæ eisdem speciali iuris beneficio, etiam tanquam Ordinarijs reseruantur, ad legatos, nisi alias Apostolico priuilegio sint muniti; non spectant ex regula 1. *Quod verò.* 1. *Ius singulare*, ff. de legibus, vt v. g. concursus cum Inquisitoribus in causis fidei, quippè qui saltem, quando ipsi Inquisitores contradicunt contra iuris regulas, & speciali beneficio sustinetur. cap. *Per hoc*, ibi, *Nolumus derogari*, de hæretic. in 6. approbatio item confessoriorum, quæ apud Trident. etiam sess. 23. cap. 15. solis Episcopis specialiter reseruatur.

C. Sanè.

Cap. 2.

Clem. 1.

Trident.

L. Quod verò.

L. Ius singulare.

Cap. Per hoc.

Trident.

29

Limitabis tandem, & vltimò legatum non posse reseruare, aut etiam conferre beneficia omnia, quæ per viam electionis prouidentur, vt expressè statuit Bonifacius in cap. *Deliberatione* in principio de officio leg. in 6. Decius conf. 149. regula 3. Cancellar. cum sua Glossa, quod etiam in ijs procedere, quæ per viam cõmendæ conferuntur, dixit Domin. & Perus. in d. cap. *Deliberatione*, iuxta doctrinam Archidiacon. receptam ibi in cap. *Nemo*, de electione in 6.

Ca. Deliberatione Decius. Reg. 3. Cancellar. Domin. Perus. Archid.

30

Quintò, & vltimò principaliter legatis Apostolicis competit potestas condendi statuta perpetua in spectatibus ad suam iurisdictionem, vt clarè supponunt, & probant text. in cap. vltimo de officio leg. cap. 1. de locato cum alijs, idque sine cõsensu prælatorum, seu populi, nisi in illorum tendant præiudicium, vt per Innocentium ibidem, quem sequuntur omnes; competit etiam si sint legati à latere potestas absoluendi excommunicatos pro violenta manuum iniectioe in clericos, iuxta textum in cap. penultim. de officio legat. cap. *Ad eminentiam*, de sentent. excommunicat. nec refert siue læsio aut iniuria enormis fuerit, siue non, secundum communem ibi, quicquid Hostiens. contrarium velit. Tandemque generaliter in suis prouincijs omnia possunt, quæ specialiter Romano Pontifici in signum supremæ potestatis reseruata non sunt; hæc enim tanquam ardua, & specialia sub generali potestate eisdem concessa non comprehenduntur, iuxta regulam textus in cap. 2. & 3. de officio Vicarij libr. 6. probant in specie text. in cap. *Nisi*, text. celebris in cap. *Quod translatione*, vbi

Cap. vlt. C. 1. de locato.

Innocent.

C. penult. C. vlt. de eminent.

Hostiens.

31

C. 2. & 3. de off. vicar. in 6.

C. Nisi. Ca. Quod translatione

Glossa.

vbi Glossa magistra, & Doctores de officio leg. Sic legatus etiam de late-
re non potest ea omnia, de quibus in
prædictis iuribus; nec etiam alia, quæ
latè recenset Glossa verbo *reservata*,
in dicto cap. *Quod translationem*, quæ
quia ibi numerata sunt non curio re-

Glossa.

ferre, dum autè Glossa inter illa enu-
merat congregationem Cōcilij vni-
uersalis nō est extendēda ad congre-
gationem Concilij Prouincialis, vt
perperam fecit Glossa in cap. *Regula*,

Glossa.

§. *Porro*. 3. distinct. illud enim legatus
congregare potest, vt tenet commu-
nis nostrorum schola, quandoquidē
illud etiā Metropolitanus facere po-
test, iuxta caput *Sicut*, de accusationi-
bus. Legatum maiorem illo habere
potestatem ex regula text. in cap. 2. de
officio legati. iuncta l. *Nec quicquam*,
ff. de officio Proconsulis.

C. Sicut.

Cap. 2.

L. Nec

quicquam.

32

Post omnia suprā dicta solūm re-
stat explicare, qualiter in legatis, le-
gationis officium finiatur, qualiterq;
ipso finito expirent ea, quæ per ipsum
gesta sunt, aut inchoata, & quoad pri-
mum dicendum est cum Glossa ver-
bo *finitur*, in cap. 3. de officio legati
lib. 6. legationis officium reale, scili-
cèt annexum dignitati, vt in legato
nato, nunquam expirare etiam defi-
ciente persona, cum conseruetur in
dignitate, iuxta textum in cap. *Quo-
niam Abbas*, de officio delegat. perso-
nale verò deficere, quōties persona,
in qua creatum est deficit, vel quia
tempus præscriptum finitum est. cap.
De causis, in princip. de officio deleg.
vel si à superiore legitimo reuocetur,
iuxta regulam text. in l. *Iudicium sol-
uitur*, ff. de Iudicijs, aut si prouinciam
animo non redeundi fuerit egressus,
aut tandem propter mortem sui ip-

Ca. Quo-
niam.C. De cau-
sis.

L. Iudic.

de cap. moit de
off. Legat. sup
sup

fius, iuxta regulam l. 4. ff. locati, non
A verò propter mortem constituentis; L. 4. ff. lo-
cati.
per illam enim ipsius officiū, nequa-
quam expirare probat apertè text. in Cap. 2.
cap. 2. in fine de officio legat. in 6.

Quoad secundum breuiter est re-
soluendum actus gestos à legato, ex 33
quibus alicui tertio ius acquiritur, fi-
nito legationis officio, etiam re in-
tegra non expirare, vt v. g. est col-
latio beneficij, & alij similes, qui cum
contineant iam gratiam, vel quid ali-
ud factum nequaquam eo mortuo

B expirare possunt, iuxta textum secū-
dum verum intellectum, in cap. *Si cui* C. Si cui
36. de præbendis libr. 6. nisi fuerint
actus iurisdictionales, & res integra
in totum proponatur, vt probat op-
timè text. in cap. ultimo in fine de of-
ficio legati, propter regulam text. in Cap. ult.
cap. *Gratum*, & in cap. *Relatum*. de offi-
cio iudicis delegati. Actus verò, in C. Gratū
quibus nullum ius alteri queritur, sed C. Relatū
per illos ad solum legatum facientem
habetur respectus, mortuo legato re 34
integra statim finiuntur, cum in illis
nihil iam factum, sed faciendum re-
periatur. Ex horum numero est re-
seruatio beneficij vacaturi à legato
facta; hoc enim cum nullum ius parti
tribuere possit, cum fiat sine expecta-
tiua, atque ita tota adhuc in volunta-
te legati consistat, & pendeat, merito
eo mortuo expirare cum omnibus
processibus, super ea habitis si ad col-
lationem non dum fuerit processum;
decidit Pontifex in cap. *Presenti*. 3. de Ca. Pra-
officio legati libr. 6. Nec proderit si senti.

C nihil iam factum, sed faciendum re-
periatur. Ex horum numero est re-
seruatio beneficij vacaturi à legato
facta; hoc enim cum nullum ius parti
tribuere possit, cum fiat sine expecta-
tiua, atque ita tota adhuc in volunta-
te legati consistat, & pendeat, merito
eo mortuo expirare cum omnibus
processibus, super ea habitis si ad col-
lationem non dum fuerit processum;
decidit Pontifex in cap. *Presenti*. 3. de
officio legati libr. 6. Nec proderit si
beneficium reseruatam vacans iam
sit tempore quo finitur legatio, ad-
huc enim illius reseruatio expirabit,
vt resoluit Francus ibi n. 3. Faciuntq;
verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

D beneficium reseruatam vacans iam
sit tempore quo finitur legatio, ad-
huc enim illius reseruatio expirabit,
vt resoluit Francus ibi n. 3. Faciuntq;
verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

verba textus ibi, *dummodo ad collatio-
nem*,

rem, &c. In quibus aperte text. sentit in omnibus alijs casibus rem esse integram ad effectum expirandi reservationem, nisi solùm casu, quo beneficium iam collatū sit, multa alia, quæ circa Legatorum materiam hîc poterāt desiderari tempus, seu institutum tractare non patitur; videri tamē poterunt apud Vilhadieg. Barbat. Gambar. & alios, qui peculiariter de legatis latissimè scripsere.

Vilhadieg.
Barbat.
Gambar.

DISPUTATIO III.

De Patriarchis, & Primatibus

Tertium gradū, inspecta ratione dignitatis, & iurisdictionis obtinent in nostra Ecclesiastica Hierarchia, Patriarche, seu Primates, ut potè quibus post Romanum Pontificem, & Cardinales, quibus solis vniuersalis Ecclesiæ administratio ex officio incumbit, iuxta suprâ dicta in preced. disputatione, maiores, & ampliores sedes tanquam capita Prouinciarū pro gubernatione sunt assignatæ, ut probât text. in c. 1. cū sequētib. 80. dist. & in cap. 1. 99. dist. & infra statim latiùs explicabimus, cuius administrationis ratione merito tertio gradu sedent, inter Episcopos verò primi reputātur. Ex ordine igitur de illis agēdū sequitur, & primò de institutione, seu origine, deinde de iurisdictione, & potestate.

Cap. 1. 80.
dist.
Cap. 1. 99
dist.

§. I.

De Institutione, seu origine Patriarcharum, & Primatum.

SUMMARIUM.

1 Quando, & quomodo instituti fuerunt

Patriarcha, & Primates, & unde eorum nomina deriuentur.

2 *An huiusmodi dignitates Patriarcharum, & Primatum sint tantum nomine diuersa, vel etiam re.*

Quod ergo ad institutionē, seu originē Patriarcharum, & Primatum attinet; sciendum est primò olim initio nascentis Ecclesiæ, post singulas prouincias diuisas Beatum Petrū, & successores, quasdam maiores sedes instituisse, ut capita essent plurium Prouinciarū, & earū præsidēs præsidibus prouinciarū, nempe Archiepiscopis præessent, ac tandem de eorū causis, salua tamen sedis Apostolicæ auctoritate cognoscerēt. Primò de qua primarum sedium institutione cognoscitur. Clemens Lucius in cap. 1. & in cap. In illis. 80. dist. vbi sic, *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primates, vel Patriarchas Beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agerent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum archiflamines, quos tamen minores esse tenebant, quam memoratos Primates: Archiepiscopos institui præcepit, in singulis verò ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabala sustinerentur, &c.* De Anacleto Papa in cap. 1. 99. dist. qui autem Prouinciarum præsidēs Primates, seu Patriarchæ appellabātur Primates, quia primæ sedis erāt Episcopi, iuxta text. in ca. Nulli, ibi, *qui primas sedes tenent.* 99. dist. Patriarchæ verò Græco vocabulo, *πατριάρχης*, quasi princeps fratrum,

A

B

C

D

Cap. 1. 80
dist.
Cap. In
illis.

Cap. 1. 99
dist.

C. Nulli.

Q

- 4 Responderetur ad primum.
- 5 Variè exponuntur verba Canonis in cap. Mos antiquus. 65. dist.
- 6 Responderetur ad secundum, & intelligitur text. in cap. Renouantes. 22. dist.
- 7 Secunda Patriarchalis sedes fuit Alexandrina.
- 8 Alexandrina sedes quatuordecim annis post Romanam fuit instituta, & de aliquibus eius prerogatiuis.
- 9 Tertia Patriarchalis sedes fuit Antiochena.
- 10 Antiochena sedes à Petro fundata, & an prius eā, quā Romanā instituerit.
- 11 Antiquitus tres tantum Patriarchales sedes fuere.
- 12 Illæ Ecclesiæ habitæ sunt Patriarchales, in quibus D. Petrus, vel per se, vel per aliū, tanquā Episcopus sedet.
- 13 Quare Romana sedes maior Alexandrina, & Antiochena, & quare Alexandrina maior Antiochena fuisset.
- 14 Quarta Patriarchalis sedes fuit Hierosolymitana, quæ ferè 500. annos post Romanam instituta fuit.
- 15 Hierosolymitana sedes in principio suæ creationis tantum patriarchalis fuit nomine, & honore, non autem re, seu potestate.
- 16 Hierosolymitana à principio Patriarchæ Antiocheno subiecta fuit.
- 17 Quinta patriarchalis sedes fuit Constantinopolitana.
- 18 Ex quo tempore Constantinopolitana sedes, secundum locum post Romanā obtinere incipisset.
- 19 Græci Constantinopolitanum Patriarcham Romano adæquare, seu potius anteponeere voluere.
- 20 In omnibus supradictis Patriarchalibus sedibus, excepta Romana, hæretici fuerunt patriarchales, & quæ fuerint.

A St insuper sciendum Petrū, sequentesq; summos Pōtiffices prædictas sedes primarias instituisse in illis locis, seu ciuitatibus, in quibus etiam apud Ethnicos, seu Gētiles primi flamines, seu primi legis Doctores erāt, vt etiā testantur text. in dictis capitibus 80. & 99. dist. Licet autē illę omnes sedes primæ, seu Patriarchales rectè cognominentur, iuxta suprā dicta, quædā tamen inter ipsas præcipuæ reperiuntur, quæ potiori nomine, & quasi per anthonomasiam solum patriarchales semper habitæ fuerūt; ex rationibus, de quibus specialiter loquitur text. in d. c. Antiqua de priuilegijs. Inter istas prima, & præcipua Patriarchalis sedes fuit, & est Romana, quā Petrus fūdauit, tenetq; Sūm^o Pōtifex eiusdē successor; qui per totius vniuersalis orbis Pōtificatū, secundū quē est immediatus Pastor omnium fidelium; iuxta ea, quæ latè diximus disp. 1. habet etiam primarium, & proprium Patriarchatum septentrionalis totius regionis, & occidentalis, ratione cuius omnes eiusdē regionis Metropolitanæ ei subijciuntur, vt expressè probat Anacletus in cap. Sachrista. 22. dist. ibi, *Prima ergo sedes est in cælesti beneficio Romana Ecclesia,* & colligitur ex mutua Epistola Agathens. Papæ ad Constantinum Augustum; & ex quibusdam Concilijs Romanis, quæ ex hac ratione fuerunt Patriarchalia, quibus intererant tantum Episcopi Patriarchatus, vt sub Martino 1. Gelasio, Hilario, Cymaco; intenditquē text. in dicto capite Antiqua, ibi, *Post Romanam Ecclesiam,* que disponente Domino, & cat. obtinet Principatum; comprobatur ex Bellarmino, & alijs, Henriq. dicto lib. 10. de

I.
C. Antiqua.
2.

C. Sacristia.
Agat. pa.
pa.

C. Antiqua.
Bellarm.
Henriq.

Afor. sacramento Ordinis cap. 29. litera A.
Germon. Afor. dicto cap. 35. Germon. cap. 5.
Aug. Ba. Augustinus Barbofa tit. 3. cap. 1. & 2.
 3. Obijciunt tamen impij Hæretici,
 quos recensent supra citati Doctores
Conc. Ni- contra hoc primarium Romanæ Pa-
can. triarchatum. Primò Can. 6. Concil.
Mos an- Nicæn. de quo in cap. *Mos antiquus.*
tiquus. 65. distinctione, vbi Pontifex Roma-
 nus inter alios Patriarchas assigna-
 tur, solùm certâ regio, nempe Occi-
 dentalis; declaraturquè tantùm vnus
 ex Patriarchis, non autem primus, &
 caput aliorum. Deindè sextam syno-
 dum, & can. 36. de qua in cap. *Renou-*
 4. *Synod.* *C. Renou-* *uantes.* 22. distinctione, quæ videtur
 paria priuilegia concedere Constan-
 tinopolitano Patriarchæ, ac Roma-
 no: vnde non videtur illum præci-
 puum Patriarchatum inter alios ob-
 tinere; quibus argumentis vtuntur
Bellarmin. Luther. Illyric. ad Calvin. quos re-
 fert Bellarmin. tom. 1. libr. 2. de Ro-
 mano Pontifice cap. 13. Sed parum,
 & nihil concludunt. Ad primum ex
 dicto Canone 6. Conc. Nicæni in d.
Conc. Ni- cap. *Mos antiquus*, respondetur Con-
can. *Ca. Mos* *antiquus.* concilium nihil statuisse circa Romanam
 Ecclesiam, nec ei religionem aliquâ
 determinasse, sed tantùm ex forma,
 & consuetudine ipsius statum alia-
 rum Ecclesiarum constituisse, vt be-
 nè aduertit Nicolaus primus in epi-
 stol. ad Michaelem, & patet ex verbis
 Canonis; quæ sunt, *Mos antiquus per-*
Nicol. 1. *durat in Aegypto, vel Libia, & Pentapo-*
li; vt Alexandrinus Episcopus horum om-
nium habeat potestatem, quoniam qui-
dè, & Episcopo Romano par illis mox
est. Quinimò si aduertamus ad ini-
 tium huius Canonis, prout citatur à
Paschas. Paschasio Episcopo in Concil. Chal-
Episcop. cedonens. Actor. 16. & ex Græco

vertit Dionys. quidam Abbas, vt A- *Dion. Ab-*
 lanus Cop. adnotauit in primò dia- *bas.*
 A logo apertè fatetur primarium Ro- *Alan. Co.*
 manæ Ecclesiæ Patriarchatum; sic
 enim incipit, *Ecclesia Romana semper*
habuit primatum, mos autè perdurat, &c.
 quod initium hodiè deest in nostris
 libris vulgatis.

Addo inter verba illa Canonis, *5*
 quoniam, & Episcopo Romano talis
 est consuetudo; varijs exponi à Ro-
 fino libr. 10. Histor. Ecclesiastic. cap. *Rofin.*
 Theod. Balson in explicat. illorum *Theod.*
 B Canonum Auctores summæ Con- *Bals.*
 cil. & alijs; quorum tamen explica-
 tionibus reiectis, vel dici potest cum
 Nicolao I. quem sequuntur Bellarm. *Nicol. 1.*
 vbi proximè Conciliū solum dicere *Bellarmin.*
 Alexandrum debere gubernare eas
 prouincias, subdens causam, quia sci-
 licet Romanus Episcopus ante Con-
 ciliarum, ita consuevit permittere, &
 gubernare, per illum, vel ad nostrum
 propositum, quasi sit sensus, vt ad si-
 militudinem patriarchatus, què Epif-
 copus Romanus exercet in prouincijs
 C suo Patriarchatui subiectis Episcopus
 Alexandrinus habeat similem Patri-
 archatus dignitatē, in Aegyptū, Ly-
 biā, & Pétapolim; quo pacto intellexit
 Henriq. d. cap. 29. litera B. in fine. *Henriq.*

Ad secundum dicendum est dictū *6*
 caput *Renouantes*, solum in eo casu *C. Renou-*
 renouare constitutionem secundæ, & *uantes.*
 quartæ synodi Constantinopolitanæ,
 vt in principio apparet, ibi, *Renouan-*
 tes, & in quibus Constantinopolita-
 nus Episcopus non fuit æquatus Ro-
 D mano, sed solùm antepositus Alexā-
 drino, & Antiocheno, vt patet ex c. *C. Constā-*
Constantinopolitanae, eadem dist. & in- *tinopolit.*
 frà latiùs dicemus, nihil verò de pri-
 uilegio pari, seu æquali statuerunt.

Cano-

7 Canonem verò illum. 36. sextæ synodi, qui Constantinopolitano Romano æquavit, non esse 6. synodi veræ, legitimæ, atque œcumenicæ, sed alterius cuiusdam conventuli, qui se falsò sextam synodum nominavit; constat enim sextam synodum veram nullos Canones edidisse, sed post annos quinque ab ea dissoluta iterum convenisse nescio quos Episcopos Græcos, auctore Iustiniano iuniore, ac multos Canones edidisse sub nomine sextæ synodi, quos quidem Canones erraticam synodum Beda appellat, & in lib. de sex ætatibus in Iust. Iunior. scribit à Sergio Papa, qui tunc sedebat, fuisse reprobatos.

8 Secunda Patriarchalis sedes fuit Alexandrina, quæ præerat omnibus Archiepiscopis, Aegypti, Libiæ, & Pætapolis, ut constat ex dicto Canone 6. Concilij Nicæni in dicto cap. *Mos antiquus*. 65. dist. Anacletus in dicto capite *Sacrosancta*, vers. *Secunda sedes*. 22. dist. Eam elapsis quatuordecim annis post cathedram à Petro constitutam Romæ eiusdem Petri nomine fundavit eius discipulus D. Marcus Evangelista, ut habetur expressè in dicto cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Cum beatissimus*. 24. q. 1. & ex Diuo Gregorio lib. 8. ca. 37. ad Eulogiū. Leone Papa 53. ad Anatol. & alijs comprobatur Bellarmin. lib. 1. de Romano Pontifice cap. 24. Henriq. litera F. proxime citato loco, quanvis contendat Nicephorus lib. 14. cap. 3. D. Petrum & per se Alexadriæ sedisse. In illa floruit primò Christiana religio, & monastica: fuit etiam ex institutione Diui Marci schola de rudimentis fidei per Doctores Catholicos ubi docebatur symbolum, decalogus, & oratio

Dominica, fuit etiam schola Theologiae contra hæreticos, ibidem enim anno 181. cæpit Pantenus 1. illam docere, cui postea successit Clemens Alexand. & deindè Origenes, ut post alios testatur Genebr. lib. *Chronic.* pag. 200.

Tertiò, Patriarchalis sedes fuit Antiochena super omnibus Archiepiscopis, & Episcopis Orientis, ut constat etiam ex dicto cap. *Sacrosancta*, vers. *Tertia sedes*; illam per se D. Petrus fundavit; cum enim post passionem Domini quinque ferè annis in Iudæa mansisset, postea anno 5. ex illa profectus in Siriam, Antiochiæ fixit sedem, ibidemquè septem annis permansit tanquam Episcopus eius urbis, antequam Romæ sedem collocaret, ut apertè inquit textus in dicto vers. *Tertia sedes*, cap. *Rogamus*. 24. q. 6. & ex gravissimis auctoribus, Hieronym. Beda, & alijs ostendit Bellarmin. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 6. quem sequitur Henriq. d. cap. 29. litera B. Neque probabile est, quod

Onsephe. docet in additionibus ad Platinam, D. Petrum prius fixisse sedem Romæ, & postea venisse Antiochiã anno 10. aut 11. post Christum passum, cum nullum pro se veterem auctorem possit adducere, & loquatur contra textum expressum in dicto capite, *Rogamus*. In hac sede Petro successit Beatus Euodius, qui illam postquam Romæ sedem fixit, gubernavit. Illic etiam primum nomen Christianorum exortum fuit à Christo sumptum, ut notavit d. cap. *Sacrosancta*, & cap. *unicum*, §. *Quia verò*, in fine, de sacra vñctione.

Planè hæc solùm tres sedes hoc ordine constitutæ in initio habitæ fuerunt,

Genebr.

10

C. Sacrosancta

C. Rogamus.

D. Hier.

Beda.

Bellarmin.

Henriq.

Onsephe.

11

12

Cap. Rogamus.

13

C. Sacrosancta.

C. unicum.

14

C. Sacro-
sancta.

runt, tanquam primæ, ac patriarchales, & manifestè probat dictum cap. **A** *Sacro-sancta*, vt ex Concilio Nicæno, Chalcedonens. & alijs ostēdunt præcitati Doctores, quanuis autem miratur Caluin. lib. 4. institut. cap. 6. §. 13. cur tam pauca, & cur isto ordine collocata fuerint, cum etiam videatur Ephesina numerari posse, quam Paulus fundauit, & Antiochena, in qua Petrus ipse fuit, Alexandrinam deberet præcedere; in qua solū discipulus Petri sedit; cuius rei ipse Caluin. quandam præstitit rationem cap. 7. §. 17. desumptam ex nobilitate vrbiū. Nihilominus tamen resoluen-
dum est illam solam, & veram huius rei causam fuisse dignitatem Petri; solæ enim illæ Ecclesiæ habitæ sunt patriarchales, in quibus Petrus per se, vel per alium tanquam Episcopus sedit, vt ex multis auctoritatibus demonstrant Bellarm. dict. cap. 24. & Henriq. Afor, & Zech. dictis locis. Hæ autem solū fuerunt Romana, Alexandrina, & Antiochena, iuxta supra dicta. Ratio autem cur prædicto ordine fuerint collocata, ex eodem etiam prouenit: Romanam enim ipse Petrus per se vsque ad mortem administravit, ostendens ibi perman-
surum Pontificatum orbis; Alexandrinam per Marcum Euangelistam; Antiochenam per Euodium: vnde sicut Petrus maior erat Marco, & Marcus maior Euodio, ita quoque Romana Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam dignitate debebat superare; negandum tamen non est Petrum etiam in his sedibus eligendis habuisse rationem dignitatis vrbiū, vt videtur docere D. Leo in epistol. 84. ad Anastas. circa finem, non tamē

Bellarm.
Henriq.
Afor.
Zechius.15
16

D. Leo.

hanc fuisse propriam, & immediatam causam, cur illæ solū prædicto ordine patriarchales haberentur.

Quarto deindè loco, post annos ferè quingentos facta fuit quarta sedes patriarchalis, Hierosolymitana, ex eo quod vrbs, & regio illa fuerit Christi præsentia verbo miraculis, & passione illustrata, vt dicit Henriq. d. cap. 29. §. 2. Huic sedi præfecerunt Apostoli statim post Christi resurrectionem Iacobum fratrem Domini, & post eum Simonem etiam fratrem Domini, vt probat eleganter text. in cap. *Iacobus*, de consecrat. dist. 1. ibi, *Cur primum credita est Hierosolymitana Ecclesia, &c.* Addo tamen illam in initio suæ creationis fuisse tantum patriarchalè nomine, & honore, nō autē re, seu potestate; nam nulli Archiepiscopo, seu Episcopo præerat, imò subiecta erat Archiepiscopo Cæsariensi, qui erat Metropolitanus Palestinæ; & proindè Patriarche Antiocheno, qui, vt dixim⁹ toti Oriēti præsidebat, quod etiam ex Concilio Nicæno, can. 7. in cap. *Quoniam mos*. 65. dist. vbi decernitur, vt Episcopus Hierosolymæ habeat honorem post Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum; sed tamen nihil propterea de auctoritate Metropolitanæ detrahatur, qui erat Cæsariensis.

Quintò postea additus fuit Patriarchatus Constantinopolit. in vrbe Constantinopoli, quæ cum prius diceretur, Byzantium, postea tamen anno 25. imperij Constantini, & 5. post Concil. Nicænum, cum ipse Imperator in illam Imperij sedem transtulisset cum Romanis dicta, & dedicata est Constantinopolis, quasi vrbs Constantini caput Imperij, & noua Roma,

17

Henriq.

Cap. lxx
bus.Conc. Ni
can.Ca. Qu
niam.

18

C. Constātinus. Glossa. D. Hier. 19 Roma, vt ex textu in cap. *Constantinus. 96. dist.* notauit Glossa in capite *Constantinopolitana. 22. dist.* & testatur *D. Hieronym.* in *Chronic.* quem sequuntur cæteri scriptores. Non solum autem Episcopus Constantinopolitanus, conatus est patriarchatum adipisci; sed etiam secundum locum inter Patriarchas post Romanum obtinere, idquæ conatus fuit in Concilio I. Constantinopol. & Chalcedonens. opera etiam Imperatoris; & licet tunc id non fuerit assecutus, postea tamen obtinuit à Vigilio Papa tempore Iustiniani Imperatoris, anno quingentesimo post Christum natum, vt habetur expressè in d. cap. *Constantinopolitana. 22. dist.* quod desumptum fuit ex dicto Concilio. I. Constantinopolitano, & in cap. *Renouantes*, eadem dist. desumpto ex 6. synodo, testaturq; ipse etiam Iustinianus in *Authent. de Ecclesiasticis titulis in princip. collatione 9.* Ex quo factum fuit, vt licet olim Alexandrina Ecclesia secundum à prima locum haberet, deinde tertium Antiochena, & quartum Hierosolymitana, iuxta supradictum cap. *Renouantes*; secundum quem ordinem, etiam prædictæ quatuor patriarchales sedes, excepta Romana, numerantur in Concilio generali Lateranensi, de quo in capite *Antiqua*, de priuilegijs. Est tamen hoc loco obseruatione dignum tantam fuisse Græcorum superbiam, vt non solum Constantinopolitanum Patriarcham alijs præferre voluerint, iuxta supra dicta, sed etiã Romam equare, imò vniuersalem facere voluerunt, vt constat imprimis 36. sextæ synodi, vbi asserunt eidem paria priuilegia fuisse concessa, & ex Ioanne Con-

stantinopolit. Episcopo, qui contende-
 A debat, se vniuersalem appellari. Cæ-
 terum de Canone illo iam supra di-
 ximus nullam habere auctoritatem;
 vniuersalis autem titulus prohibitus
 fuit à Pelagio in cap. *Nullus. 96. dist.* imò & *D. Gregor.* cum esset summus
 Pontifex illum respuit, vt sic etiam
 Ioannem ad deponendum similem ti-
 tulum humilitatis exemplo promo-
 ueret, vt patet ex textu sic intelligen-
 do. 99. dist. quæ quidem, & alia cum
 non suffecissent ad illorum superbiã
 B comprimendam tandem iudicio Dei
 omnes cum suo vniuersali Patriarcha
 in manus Turcarum deuenerunt, pro-
 ut hodiè sunt, quod eis euenturum
 prædixerat Sancta Brigitta lib. 7. c. 9.
 reuelation. nec non etiam Nicolaus
 Papa V. vt refert Genad. Scola. in
 lib. pro Concil. Florent. c. 5. §. 14.

Ca. Nullus.
D. Greg.

S. Brigitta.
Genad.

20

Illud tandem circa huiusmodi Pa-
 triarchales sedes, non est silentio præ-
 tereundum in prædictis omnibus Pa-
 triarchalibus sedibus aliquando se-
 disse Patriarchas Hæreticos, præter
 C quam in Romana, in qua nullus vn-
 quam Romanus Pontifex, seu Patri-
 archa de hæresi fuit damnatus, vt la-
 tère diximus supra disput. I. huius rele-
 ctionis: nam in Constantinopolitana
 sedit Hæresiarcha Macedonius, Ne-
 storius, & Sergius; in Alexandria hæ-
 reticus Gregorius Arrianus, in An-
 tiochena Paulus Samosatenus Hære-
 siarcha, in Hierosolymitana Ioannes
 Origenista, & alij, quos ita recensent
 Bellarm. lib. 4. de Romano Pontifi-
 D ce cap. 3. & Henriq. d. cap. 29. §. vlt.

Bellarmin.
Henriq.

§. III.

*De Patriarchis, seu Primatibus
 minoribus.*

Q4

SVM-

SUMMARIUM.

- 1 De varijs Patriarchis, seu Primatibus, qui minores appellantur, ubi de Patriarchis Armeniorum, Maronitarum, & aliorum.
- 2 Quis fuerit prior Aetiopum Patriarcha.
- 3 Quando de nouo eligi possit Patriarcha.
- 4 Inter Latinos sex reperiuntur minores Patriarche.
- 5 Primus est Aquiliensis.
- 6 Secundus Grandensis.
- 7 Patriarchatus Grandensis, & Episcopatus Venetiarum uniti fuere, ibi de intellectu Glossæ, verbo singulis in cap. Illis. 80. dist.
- 8 Tertius minor Patriarcha Latinus est Bituricensis, qui in Burdegalensi, & Narbonēsi Prouincijs primas est.
- 9 Quartus est Cantuariensis.
- 10 Quintus Pisanus, & qui de eo tractarunt.
- 11 Sextus est Toletanus, seu Bracharensis, qui ab aliquibus inter maiores Patriarchas numerantur.
- 12 Qui Hispaniæ Primatiam tribuant Toletano Archiepisco, & qui Bracharensi.
- 13 De varijs exterarum nationum Patriarchis, seu Primatibus.

Hodem mirabili ordine, & dispositione successores Petri Ecclesiam, labētibus annis, cæteris Patriarchis, & Primatibus ornarunt, qui tamen minores nuncupantur, & de quibus in præsentia aliqua dicemus; nam præter hos quinque primarios, & maximos Patriarchas, de quibus in §. præcedenti, alij sunt minores: nam sectæ

Armeniorū tres habent Patriarchas: **A** vnus eorum residet in Sicilia, & Armenia minore; secundus in Armenia maiore; tertius quem non Patriarcham, sed Kabonichon appellāt, residet in Russia prouincia Polonorum. Vnicum etiam Patriarcham habent Maronitæ, qui commoratur, & præest in Syria in monte Libano. Habet etiam secta Cophorum duos Patriarchas, quorū vnus residet in Mēphi, id est Cairo Aegypti; alter verò apud Aethiopes; secta quoque Iacobitarum, duobus Patriarchis paret, quorum vnus in Cairo commoratur, alter in Syria, videlicet in vrbe Damasco. Tandem nostris temporibus creatus est Patriarcha Aethiopiæ Ioannes Nonnius Barretus Lusitanus vir summæ pietatis, & multarum literarum: cui in itinere mortuo successit Andreas de Ouedo Castellanus, qui Aethiopiā penetrauit, ibiq; sanctissimè vixit, & mortuus est magna sanctitatis opinione. Vterque ex religione Societatis IESV, missus ad pretiosum Ioannem Imperatorē Aethiopiæ, vt testatur Henriq. d. cap. 29. §. 2. in fine, & Patriarcha: idque ex eo, quia in nouo orbe, de quo testatur Soto in 4. dist. 29. q. 2. artic. 4. & alij; quoties gens noua aliqua ad fidem conuertitur in tanta multitudine, vt opus habeat Primate, seu Patriarcha, ille de nouo creandus est, vt iubet text. in cap. Nulli. 99. dist. quod ita contigit in illis Aethiopiæ noui orbis regnis, in quibus propter magnam crescentem fidelium multitudinem, varij fuerunt Episcopatus, & Archiepiscopatus instituti, & super illis noui etiam Patriarchatus erecti.

Inter Latinos tamen sex reperiuntur

3
C. Nulli.

4

tur

tur Patriarchæ minores, qui hoc Patriarchali titulo decorantur, vel Romani Pontificis indulgentia, vel inueterata consuetudine; sunt autem isti Aquilensis, Gradenfis, Bituricensis, Canturiensis, Pisanus, Toletanus, seu Bracharensis, vt dicemus; de Aquilensi fit mentio in cap. *Nunc verò.* 9. q. 3. De Grandensi meminit Urbanus 2. in cap. *Erubescant.* 32. distin. & Cælestinus 3. in cap. *Ex literis*, de officio delegati, qui tamen Patriarchatus propter Gradenfis ciuitatis aeris intemperiem anno 1451. à Nicolao Pontifice Maximo V. ad in inclytam Venetiarum ciuitatē translatus fuit. Nec obstat, quod dicit Glossa verbo *singulos*, in cap. *In illis.* 80. dist. nempè Patriarcham Grandensem non esse Patriarcham Venetiarum, cum locus Grandi multum differat à Venetijs: quia respondetur postea illis temporibus Nicolaum V. vnisse Patriarchatum Grandensem, & Episcopatū Venetiarum, de cuius Patriarchatus institutione Bernardus Iustinianus in sua de Venatorum gestis historia lib. 12. refert Germonius d. lib. 3. cap. 7. n. 4. cum sequentibus. Barbof. titul. 4. cap. 7. n. 6. De Bituricensi fit mentio in cap. *Conquestus.* 9. q. 3. vbi Nicolaus II. vocat Archiepiscoporum Bituricensi. Primatem, & Patriarcham, hoc est primæ sedis Episcopum, Albericus in Rubr. de statu hominum, colūna vltima dicit Archiepiscopum Bituricensem esse Primatem in Prouincia Burdegalensi, Cardinalis Alexander in cap. *Definimus.* 22. dist. Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas, Nicolaus Boerius additione ad tractatum de auctoritate, & præeminē-

tia magni Concilij p. 1. n. 14. ait Bituricensem esse Primatem in Burdegalensi prouincia, & probat ex cap. vltimo de maiorit. & obedient. & cap. vltimo de dilationibus, & cap. vltimo de dolo, & contumacia, & esse Primatem in prouincia Narbonensi ex dicto cap. *Conquestus.* De Canturiensi meminit Glossa verbo *Archiepiscopus*, in cap. *Cleros.* 22. dist. De Pisano dicit additio marginalis ad Glossam in cap. *Definimus.* 22. dist. vbi Archidiacon. & Dominicus, idem Dominicus in cap. *Cleros.* n. 20. in Glossa *Primatibus.* dist. 22. Præposit. in cap. *Concilia.* §. *Episcopus*, sub n. 5. dist. 17. Turrecrem. in c. *Prouincia.* vers. *Sed insurgit quest.* dist. 99. Cassaneus in Cathalogo gloriæ mundi, p. 4. considerat. 19. in fin. Boerius de ordine, & præcedētia graduum p. 1. num. 13. & de auctoritate magni Concilij nu. 54. Pauin. de officio, & potestat. cap. prælud. 6. nu. 13. Calefat. de equestri dignitate nu. 94. Petrus Gregor. syntagmat. iuris lib. 15. cap. 10. nu. 30. in fin. Gig. de resid. Episcop. q. 18. n. 10. Marcus Anton. Anastas. Germon. d. cap. 5. n. 8. Gonsal. ad regul. 8. Cancell. nu. 14. Augustin. Barbof. d. tit. 4. cap. 7. n. 10. De cuius primatus institutione latè disputant, & obiectiones facilimè elidunt, quare in præsentī non immoror. De Toletano aliqui Doctores dicunt, sed ius pro Bracharensi dicat, vt postea ostendemus. Patriarchatus hic etiam inter maiores Patriarchas enumeratur à Germonio dicto loco, & à Garcia de Loaysa in Collectione Conciliorum Hispaniæ in Decreto Gundemari Regis pag. 296. à Rebuf. in comment. ad legē *Creditor.* II. vers. *Quomodolibet.* ff. de verborum significat. Cened.

C. Nunc verò.

5 Ca. Erubescant.

C. Ex literis.

6 Glossa.

Bern. Iustini.

Germon. Barbofa.

7 Cap. Conquestus. Alberic.

Ca. Definimus.

Boerius.

C. vlt. de maior.

Ca. vlt. de dilation.

C. vlt. de dolo.

Ca. Conquestus.

§ Glossa.

Addit. marg.

Archid.

Dominic. Præposit.

Turrecr. Cassan.

Boer. Pauin.

Calefat.

Pe. Greg. Gigas.

Marc. Anton.

Gonsal. Barbof.

9

10

Germon.

Garc. de Loaysa.

Rebuf.

Cened. Cened. Pract. & Canonic. q. sing. 95.
Pisa. n. 3. & 5. Franciscus de Piza in sua To
 11 leti historia libr. 4. cap. 17. Et de hoc
Gre. Lop. primatu Gregor. Lopez partita. 1. tit.
Coua. 5. l. 9. §. *Primado*, Couas reg. *Posseffor.*
Præposit. 2. p. §. 10. nu. 5. & 6. Præposit. in cap.
Specul. *Cum longe*. 63. dist. in principio, *Spe-*
Moschon. culat. in tit. de dispēsat. §. *Sunt quoque*;
 n. 1. Hyfidor. Moschon. de magestat.
Marian. milit. Ecclesiastic. p. 1. cap. 8. pag. 151.
Ambr. litera B. Marian. de rebus Hispan. lib.
Illescas. 9. cap. 8. & 17. Ambros. de Moralit.
 lib. 9. suæ histor. c. 7. & 8. Ilhescas hi-
Tamaio. stor. Pontific. libr. 4. c. 25. Thom. Ta-
Narbon. maio. in defenf. Dextr. defension. 6.
 pag. 102. Narbona in vita Petri Te-
 nor. Toleti Archiepisc. cap. 5. per to-
 tum; sed pro Bracharenfi Cald. conf.
 12 8. nu. 54. & conf. 31. nu. 13. D. Maur.
Cald. Ferret. in historia B. Iacobi lib. 1. cap.
Ferret. 14. fol. 53. Brit. de Monarch. Lusitan.
Brit. 2. p. lib. 6. cap. 14. Fr. Prudent. Sando-
Sandon. ual. lib. 1. de antiquit. ciuitatis Tullē-
 sis, Barbof. Pastor. solicit. tit. 1. cap. 5.
Barb. Stadius de antiquitate Portugal. c. 57.
Stadius. indicat Doctissimus Roderic. à Cu-
D. Roder. nha in Cathalog. Episcop. Portuens.
à Cunba. 2. p. cap. 6. pag. 76. Cæterosque, qui
 in aliqua natione obtinent similem
 ecclesiasticæ dignitatis apicem. Plura
 si vis lege tom. 2. Asor. p. 2. lib. 3. c. 35.
 ubi agitur de Primatib⁹, Patriarchis,
 & eorum potestate. Ad finem nume-
 rantur Primates, qui hoc nomine oc-
 cidentalibus pronincijs decorantur,
 totius quidem Hyberniæ Armachanus,
 Angliæ Cantuariensis, Africae
 Cartaginensis, Hungariæ Estrigoni-
 13 burgensis; nunc verò est Salsburgē-
 sis; & in Galliarum prouincijs, videli-
 cèt in Aquitania, & Celtica, & alijs
 Primates se appellant. Bituricensis,

Remensis, Lugdunensis, Arclatensis,
 Viennensis Archiepiscopi. Poloniæ
 Primas est sine controuersia Archie-
 piscopus Genemensis, Scotiæ Archi-
 episcopus Sancti Andreae, in Hispania
 certamen de primatu.

§. III.

De iurisdictione, seu potestate Patriar-
charum, & Primatum,

SUMMARIUM.

- B 1 *Patriarcha presunt omnibus Archi-*
episcopis, & Episcopis sui patriarcha-
tus.
 2 *Patriarcha super Episcopos iurisdic-*
tionem non habent, nisi in certis ca-
sibus.
 3 *Patriarcha in Archiepiscopos ordi-*
nariam habent iurisdictionem.
 4 *Patriarcharum suffraganei Archie-*
piscopi dicuntur.
 5 *Primates nō solum pallio uti, sed etiā*
idem Metropolitanis concedere pos-
sunt.
 C 6 *Primates, seu Patriarcha iudices or-*
dinarij sunt in prima instantia in
causis Metropolitanorum suæ prouin-
ciæ, siue ab Episcopis siue à quibusuis
clericis intententur.
 7 *Interpretatio tex. in cap. Si clericus.*
II. q. I.
 8 *Interpretatur textus in cap. 3. de fo-*
ro competenti.
 9 *Qui olim Primates appellarentur.*
 10 *Patriarcha, seu primas iudex est E-*
piscoporum suæ prouinciæ in causa
appellationis.
 D 11 *Ad Primatem prouocandū est in pro-*
uincijs suæ iurisdictionis subiectis.
 12 *Utrum in appellationibus, quæ ab in-*
ferioribus Episcopis interponuntur,
 possit

- possit omisso medio ad Metropolitanum Primatem recurri.
- 12 Pars affirmatiua, & eius fundamēta.
 - 14 Pars negatiua verior.
 - 15 Interpretatur textus in cap. Antiqua, de priuileg. quod erat 1. affirmatiuae partis fundamentum.
 - 16 Respondetur ad secundum.
 - 17 Patriarcha debet à Metropolitanò consuli in arduis, & quae in Synodo prouinciali expediri non possunt.
 - 18 Metropolitanus Episcopum non consecrabit, nisi de primatis consensu.
 - 19 Metropolitanus Archiepiscopi electionem confirmabat.
 - 20 Patriarcha supplebat defectus Metropolitanì, disponebatq; de rebus Ecclesiae ipsius vacantis.
 - 21 Ad Patriarcham pertinebat declarare admittendam esse appellationē ab inferioribus ad Romanum Pontificem, si ab ipsis non admittatur.
 - 22 Patriarcha etiam extra suam prouinciam ante vexillum Crucis deferre potest, & an hoc ei competat ratione officij, an ratione priuilegij.
 - 23 Archiepiscopis licet ante se vexillum Crucis deferre intra suam prouinciā.
 - 24 Crux, quam Patriarcha ante se praefert, differt in forma à Cruce, quam praefert Archiepiscopus.
 - 25 An liceat Patriarchis extra suū territorium solemnem immittere benedictionem.
 - 26 An possit Patriarcha extra suū territorium proprium subditum benedicere.
 - 27 Quilibet simplex sacerdos licet non sit parachus, à peccatis venialibus absolueret potest.
 - 28 Licet attento iure Primatibus minoribus potestas daretur super Archiepiscopos, hodiè tamen quatuor ma-

ioribus tantum competit.

- A 29 Patriarcha minores improprie Patriarchae appellantur.
- 30 An Toletanus, seu Bracharensis Patriarcha maior priuilegijs uti possit, & quid de hac re sentiat Hèriquez.

Diximus iam de origine, institutione, numero, & sede Patriarcharum, seu Primatum; nunc verò de illorum iurisdictione, seu potestate, primò est sciendum, Patriarcham praesse omnibus Archiepiscopis, & Episcopis sui Patriarchatus; sed diuersimodè; nam super Episcopos, & eius subiectos iurisdictionem non habet, nisi in certis casibus, de quibus infra iuxta textum in cap. *Duo simul*, de officio ordin. cum sint immediatè subiecti Archiepiscopis, tanquam ordinarijs, iuxta textum in cap. *Pastoralis*, eodè titulo, & ea, quae circa illos infra dicemus; in Archiepiscopos verò ordinariam habet iurisdictionem, & illius suffraganei dicuntur; sicut Episcopi suffraganei sunt Archiepiscoporum, vt eleganter declarat Abbas in cap. *Antiqua*, n. 3. de priuileg. quem ibi sequuntur cæteri Doctores, intendit text. in cap. 1. 99. distinct. & in cap. 1. 80. dist. cap. *Conquestus*. 9. q. 3.

Vnde primò consequitur Primates, seu Patriarchas non solum posse vti pallio, quod est insigne Pontificalis dignitatis, cap. *Nisi*, & per totum de actorit. & vsu pallij, sed etiam illud conferre Archiepiscopis Metropolitanis suarum prouinciarum recipiēdo ab eis, tāquam à sibi subditis obedientiae, & fidelitatis iuramentum, iuxta textum elegantem in dict. cap. *Antiqua*, vers. *Seruata*, de priuilegijs, iuncto

I

Cap. Duo simul.

C. Pastoralis.

Abbas. Cap. 1. 99. dist.

Cap. 1. 80. dist.

C. Conq. 2

C. Nisi.

Cap. Antiqua.

C. Dilecti iuncto etiam text. in cap. *Dilecti*. de
3. Maioritat. & obed.

Secundò consequitur Patriarchā,
seu Primatem iudicem esse ordina-
rium in prima instantia in causis ad-
uersus Metropolitanum suæ prouin-
ciæ, siue ab alijs Episcopis, siue etiam

Conc. Ch. à quibusuis clericis intententur, vt
expressè statuit Concil. Chalcedonē-
se in cap. *Si clericus aduersus*, vers. fin.
II. q. I. ibi, *Pergunt ad ipsius diæcesis*
Primates, vbi text. hanc generalem
regulam, & legem proponit, dum ve-
rò postea alternatiuè addit, *aut certè*
ad Constantinopolitana Regia ciuitatis se-
dem; ex quo nihilominus desumebat
argumentum, Patriarcham Constā-
tinopolitanum æqualem esse Roma-
no quasi concurreret in iurisdictione
cum alijs omnibus Patriarchis intel-
ligendus est solùm circa illos, qui ei-
dem Patriarchæ subijciuntur, quasi
primo lex generalis pro omnibus cō-
stituatur, & deindè particularis, pro
ijs tantum, qui Constantinopolitano
sunt subiecti, vt declarat Bellarm. lib.

Bellarm.

4

C. Sanè.

2. de Romano Pontifice, cap. 22. Est
tamen in hac materia text. notabilis
in cap. *Sanè*, de foro competenti, vbi
Concilium Africanum iubet, quod si
inter duos Episcopos, diuersarū pro-
uinciarum causa vertatur, ille primus
det iudices in cuius prouincia est lo-
cus, de quo contenditur; in quo duas
textus inuoluit difficultates, primā,
dum censet Primatem etiam iudicem
esse inter Episcopos ordinarium cō-
tra suprā resoluta; solùm enim primas
inter Metropolitanos, ipsi verò Me-
tropolitani inter Episcopos d. cap. *Si*

C. Si cle-
ricus.

Clericus. Secundā, dum iubet iudices
dare, ac proindè non concedit facul-
tatem per se cognoscendi, iuxta re-

gul. I. *Cum prator*. 12. ff. de Iudicijs.

A Quapropter Doctores communiter
resoluunt, & intelligūt Primatem ibi
accipi pro Metropolitanò, & inter ip-
sum solum eo casu iudices dari debe-
re, quando per se non potest, vel non
vult cognoscere, vt Glossa I. ibidem
adnotauit.

5
L. Cum
prator.

Glossa.
6

Cæterum omisso hoc intellectu,
verius resoluendum videtur, attentis
quidem antiquis Canonibus, inter
quos decretum illius text. reperitur
in Concilio Africano, cap. 88. & Mi-

B leuit. cap. 24. Primatis ibi nomē pro-
priè accipi, pro primate, de quo agi-
mus, eo enim tempore Primates tã-
tùm appellabantur prælati prouincia-
rum capita assumendo prouincias, iux-
ta antiquam Romanorum diuisionē,
quæ longè latiùs patebant, vt colligi-
tur ex dicto cap. 1. 99. dist. Ideò autē
inter Episcopos de causa cognoscere
contra resoluta, quia text. agit in casu
secundæ instantiæ appellationis, vt
patet ex originali, & integra, & insu-
per ex eo, quia in prima instantia
causæ Episcoporum, vel in synodo,
vel apud vicinos Episcopos, quibus
Metropolitanus præerat, tractare iu-
bebantur, cap. *Saluo*, cum sequenti. 9.

Cons. A
fric.
Milen.

Cap. 1.

C q. 3. In quo quidem casu appellatio-
nis primates sunt competentes iudi-
ces, etiam Episcoporum, vt infrā ap-
parebit. Deindè est resoluendum,
ideò etiam Concilium iudices dari
iubere, non autem per se posse Pri-
mates cognoscere, quia cum Prima-
tes prouinciarum capita occuparent
adeò ab Episcopis erant remoti, vt si-
ne maximo dispendio ipsorum cau-
sas audire non potuissent, nec sine de-
trimento subditorum ipsius Episco-
pi; quem oportet gregi suo inuigilare
assiduè:

C. Saluo.

7

assidue: unde quoties causa per appellationem ad illos deuoluebatur iubebantur iudices dari in loco rei sitę, vel propę, vt prædicto inconuenienti occurreretur, iuxta regul. tex. in l. Cũ post, C. de Appellat. ex cuius visceribus decretum illius fuisse desumptũ arbitratur Barbat. ibi colũna prima, iuxta quem sensum etiã intelligendus est text. in cap. 1. in principio. 4. q. 5.

Tertiõ fit consequens Primatem, seu Patriarcham prouocandum esse in prouincijs omnibus suę iurisdictioni subiectis, vt generaliter statuit

Lateranens. Concilium in d. cap. Antiqua, vers. ultimo de priuileg. quod quidem de plano procedit in appellationibus immediatę interpositis à Metropolitanis ad Patriarchas, quia attento iure communi ab Archiepiscopo ad Patriarchã appellatur, iuxta

textum in cap. Si inter. 6. q. 4. cap. Cõ-

questus. 9. q. 3. d. c. 1. 99. dist. cum similibus: in illis autem appellationibus,

quę immediatę ab illis inferioribus interponuntur dubitant maximę Do-

ctores, an videlicet ad Patriarcham, seu Primatem appellari possit omisso

medio in prouincijs suę iurisdictioni subiectis, & quanuis Hostiens. quę

sequitur Innocent. Speculat. & alij in dicto cap. Antiqua, affirmatiuam quę-

stionis partem ex eo tueantur; quia in dicto cap. Antiqua, hoc eis datur

priuilegium, quod tamę aliàs nullum esset, si ad eos omisis medijs appel-

lari non possit; & insuper ex similitudine legatorum, ad quos omisso me-

dio appellari posse docet Glossa. 2. per textum ibi, vbi Doctores in cap.

1. de officio legati, Couas Pract. cap. 4. n. 9. Nihilominus tamen probabilius est contrarium, quia minus præ-

iudicat iurisdictioni prælatorum. Et ex eo, quia non videtur hoc priuile-

gium Patriarchis concedendum cõ-

tra expressam iuris regulam, de qua in cap. Dilecti. 66. de appellat. nisi in

iure expressim cõcedatur, iuxta textum in capit. Conquestus. 9. q. 3. cap.

Duo simul, de officio ordinar. ibi, Pri-

mates, vel Patriarchas nihil iuris præca-

teris habere, nisi quantum sacri Canones concedunt, &c. Ex quibus ita in ter-

minis tenuit Glossa in dicto cap. An-

tiqua, cuius opinionem dicit æquiorẽ

Abb. ibi, & sequitur Henriq. d. c. 29. §. 3. August. Barb. dicto tit. 4. cap. 1.

n. 29. Neque obstat textus in d. cap. Antiqua, inductus, vt supra, quia res-

pondetur textum non inducere de nouo priuilegia aliqua Patriarchis

competentia contra iuris regulas, sed tantum renouare antiqua, & nume-

rare ea, quę secundum normas iuris ad Patriarcharum potestatem spectant.

Ex quibus vnum est, vt ad eos in suis prouincijs appelletur, scilicet legiti-

mę, & ab Archiepiscopo, qui est immediatus prælatus. Neque etiam ob-

stat similitudo legati, quia præterquã quod illud quamplurimi Doctores

negent, procedit ex eo, quia gerit vices summi Põtificis, ad quem omisso

medio rectę appellatur; cap. Ad Romanam, cum multis ibidẽ. 2. q. 6. cap.

Si duobus, de appellationibus.

Quartõ fit consequens Primatem, seu Patriarcham semper esse consu-

lendum à Metropolitanano super negotijs arduis; & quę talia sint, quę in

synodo Prouinciali expediri nõ possunt, ita Bonifac. in d. c. Si inter. 6. q. 4.

cap. De Concilijs. 18. dist. sic nõ licebat Metropolitanano Episcopũ consecrare absq; Primatis cõsensu, cap. De persona

cum

R

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

D. Dilecti.

C. Conq.

Ca. Duo simul.

10

Glossa.

Abb.

Henriq.

Barbos.

11

Ca. Antiqua.

12

13

C. Ad Romanam.

C. Si duobus.

14

Ca. Si inter.

C. De Concilijs.

C. De persona

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

L. Cũ post

Barbat.

C. 1. 4. q.

5.

8

Cõc. Lat.

Ca. Si inter.

Ca. Conquestus.

Cap. 1. 99

dist.

Hostiens.

Innocent.

Speculat.

C. Antiqua.

9

Glossa.

Cap. 1.

Couas.

4. n. 9.

Nihilominus tamen probabilius est contrarium, quia minus præ-

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

sonę

15
C. Igitur. cum sequenti, & præcedenti. 65. dist. Confirmabat item electionem Archiepiscopi, vt notatur in cap. Igitur, 63. dist. Ex quo tamen patet, quod ipse Primas Concilij Prouincialibus non assistebat, cum Metropolitanus teneretur, eum postea consulere, vt probat optimè tamen text. in d. cap. primo 18. dist. cap. penultim. 92. dist. vbi Concil. integrum dicitur, & perfectum, cui solum Metropolitanus interfuit.

16
Ca. Cum simus. Quintò consequitur ad Patriarcham, seu Primatem pertinere supplere defectus Metropolitanum, si fuerit negligens, aut remissus, cap. Cum simus 9. q. 3. Item vacante Metropolitana Ecclesia disponere, vt res ipsius Ecclesiæ, custodiantur, argument. cap. Prasenti, de officio Ordinarij lib. 6. ac tandem declarare iustam esse appellationem, & admittendam ab inferioribus ad Romanum Põtificem interpositam si ab illis non admittatur, argumento etiam tex. in cap. Sollicitudinem, de Appellationibus, quæ omnia

17
C. Sollicitudinem. Syluest. Henriq. Zechius. Hugon. ponit Syluester in summa verbo Patriarcha, & postea Henriquez dicto lib. 10. cap. 29. §. 3. Lælius Zechius dicto loco n. 3. Matth. Hugon. d. tract. de præstant. Patriarchal. vers. Ita etiã.

18
C. Antiqua. Tandè, & vltimò cõsequitur posse Patriarcham vbique etiam extra suã prouinciam ante se vexillum crucis deferre, præter quam in vrbe Romana, & vbi fuerit Apostolicæ sedis legatus Papalibus insignijs vtens, vt decreuit Concilium in dicto cap. Antiqua, vers. Dominica, de priuilegijs, & notant omnes suprã citati. Neque obstat, quod delatio hæc crucis est insigne Patriarchalis dignitatis, ac proindè videbatur, quod etiam absq;

A priuilegio illius text. licitum erat Patriarchis illam vbique deferre: nam quilibet potest vti insignijs suæ dignitatis, etiam extra territorium, imò & voluntariam iurisdictionem exercere, iuxta text. in l. 1. & 2. ff. de offic. Proconsulis; respondetur enim cum Abb. in d. c. Antiqua n. pen. delatione Crucis importare superioritatem, seu iurisdictione, ideòq; absque priuilegio non fuisse licitum Patriarchis, illam vbique deferre; quemadmodum ex eadè ratione Archiepiscopis licitum

B non erat, nisi tantum in sua prouincia, iuxta text. in cap. 1. vt lite pendente, nec etiam intra Prouinciam, per loca excepta, nisi speciali priuilegio eisdem fuisset concessum in Clement. vnica de priuilegijs; argumentum verò solum procedere in alijs insignibus, quæ tantum ad dignitate extendendam, sunt instituta, vt portatio annuli, baculi gestatio, item in Põtificali, & similibus, quæ extra territorium prælati optimè deferre possunt, de quibus intelligitur tex. agens de proconsule in d. l. 1. ff. de offic. proconsulis, Glossa penult. in cap. Ad honore, de auctoritate, & vsu pallij; circa quæ Cassan. in Cathalog. gloriæ mudi. p. 1. consider. 38. concl. 4. Petrus Greg. syntagmat. iuris lib. 5. c. 9. n. 6. Lælius Zech. vbi proximè n. 2. Henriq. d. lib. 10. c. 29. §. 3. Gonsal. ad regul. 8. Cancellar. Glossa 41. n. 26. Pancirola lib. 1. c. 20. §. Habent, August. Barb. d. tit. 4. c. 1. n. 23.

C Ex quibus circa hoc priuilegium ferèd crucem inter Archiepiscopos, & Patriarchas illa apparet differentia, quod Patriarchis iure communi datum est vbique, Archiepiscopis verò intra Prouinciam, iuxta textum in Clementin. Archiepiscopo, de priuilegijs. Zech.

L. 1. c. 21
ff. off. pro
consul.
Abbas.
20

Cap. 1. vt
lit. pend.

Clem. vnica.

21
L. 1. ff. of.
fic. proe.
Glossa.
Cassan.
Pe. Greg.
Zechius.
Henriq.
Gonsal.
Panciro:
la.
Barb.

Clem. Ar
chiepisc.
Zech.

Zechius. Zech. d. tit. de stat. illustr. Patriarchar. n. 6. Alia quoad hoc inter eos est differentia, quia Patriarchæ Crucem ligno transfuersario gemino constantem præ se ferunt, cuius lignum superius transfuersum breuius est, inferius longius; Archiepiscopis verò intra suam prouinciam, vnus duntaxat transfuersi ligni crucē præferre permittitur, vt optimè obseruarunt **Cuiac.** in paralip. ad titulum de foro competenti in capite *Sanè.* 3. in fine, **Iust. Lips.** in notis ad suos de cruce libros; **Iac Grefor.** de ortu sanctæ crucis p. 3. in descript. crucis, **Vuerdianæ** vers. *Verum*, **Hieronym. Roman.** p. 3. de repub. **Christ. lib. 2. cap. 6. ad finē,** & lib. 3. cap. 6.

23 Dubitant tamē Doctores, an quē admodum Patriarchis licitum est crucem vbique deferre, liceat etiā vbiq; benedictionem solemnem, aut aliam facere extra territoriū, quia hæc duo æquiparantur in d. **Clement. vltima** de Priuilegijs. Caterū cōmuniter resoluunt non licere, quia benedictio est actus iurisdictionis, cum per eam deleantur peccata venialia, & notat

Clem. vlt. 24 **Glossa.** Glossa final. in proœmio **Sexti,** & probat cap. *Aquam*, de Consecrat. dist. 3. qui actus solum à superiore in subditos exerceri potest, iuxta reg. c. *Quod autē*, de poenit. & remissionib. ac subindè quanuis aliquo modo comparetur cū delatione crucis, nihilominus tamen ad illam textus extendi nō debet, quam sententiam post **Card. Abbatem** sequuntur omnes in d. cap. *Antiqua*, **Syluester** vbi proximè, **Henriquez** verò d. cap. 29. §. 4. & alij suprà citati, contendit posse Patriarcham, sicut & alium quemcūque Prælatum inferiorē benedicere etiā extra ter-

25 **Card. Abbas.** **Syluest.** **Henriq.**

ritoriū; ex ea ratione quia ad remissionem peccatorum venialium, quæ solum fit, per talem benedictionē, nō requiritur specialis aliqua iurisdictione in proprios subditos; imò etiam in quoscūque exercere possunt, & habēt; Quemadmodū etiā quilibet simplex sacerdos potest absolvere à peccatis venialibus in foro sacramentali absque eo quod sit Parochus, quia ex generali Ecclesiæ consuetudine sic interpretate iurisdictionē ab Ecclesia omnes habere censentur quoad absolutionem venialium, iuxta ea, quæ tradit idē **Henriq. lib. 6. de poenit. c. 5. §. 4. & c. 8. §. 6. & est cōmuniter receptum.**

B Illud tamen antequam hinc discadamus aduertendum est, quod licet potestas Primatum attēto iure super **Archiepiscopos**, de quibus hucusque ad hæc omnia extēderetur; hodie tamen sic illis non competere; nam priuilegia supra relata quatuor tantū veris Patriarchis, **Constantinopolitano**, scilicet, **Alexandrino**, **Antiocheno**, & **Hierosolymitano**, nō verò alijs minus propriè, ita appellatis, vt potè **Aquilensi**, **Gradeni**, **Toletano**, & similibus competere inquit, **Cassan. d. cōsider. 9. vers. Alij autem**, **Rodoan. d. c. 16. n. 1. Aug. Barbo. d. tit. 4. §. 1. n. 37. & videtur deduci ex text. in cap. *Grave*. 29. in fine de præbendis, ibi, aut proprij Patriarchæ, minimè relaxerentur, vt in hoc quoque quatuor patriarchales sedes specialiter honorentur, & ex **Extrauagant. Sanctæ Romanæ**, de electione inter communes, vbi **Benedictus Nonus**, postquam diētas quatuor patriarchales sedes **Sanctam Romanam Ecclesiam** instituisse refert, ipsasque, inquit, multis prærogatiuis, & honoribus, ac priuilegijs decorauit;**

R 2 corauit;

26

Henriq.

27

28

Rodoan. Barbof. C. Grave.

Extrau. Sanctæ Romanæ.

corauit; quasi diceret prædicta priuilegia, quibus Patriarchæ fruuntur, proprijs Patriarchis, non verò improprijs fuisse concessa: nam omnes præter illos quatuor improprie potius, & perperam vsitata voce Patriarchæ ab omnibus solent appellari, Albert. in dicto verb. Patriarchæ, vers. Patriarchas, & Primas. Iacobat. lib. 1. de Concil. à nu. 256. Anastas. Germon. lib. 3. de sacror. immun. cap. 7. nu. 11. Lælius Zechius d. n. 2. Augustin. Barbof. d. cap. 2. excipiunt tamen Toletanum Antistitem, qui ex priuilegio Pontificio omnibus, & singulis prærogatiuis, ac priuilegijs, quæ dictis patriarchis competunt, uti, & gaudere liberè, licitè que potest, ut inferius suo loco dicemus. Henriq. verò dict. lib. 10. cap. 29. §. 4. in fine, inquit, *Hodie tamen Archiepiscopum Toletanum, qui est primas suo iudicio in nostra Hispania nihil aliud retinere super Metropolitanos, quam ut præseat in Concilio Nationali, id est, totius nationis Hispanie.* Plura alia in hoc proposito de præcedentia Patriarcharum, seu Primatum videri possunt per Doctores supra citatos, & nos aliqua dicemus in §§. sequentibus.

§. V.

Utrum in Hispania detur Primatus, & quisnam sit Hispaniarum Primas?

SUMMARIUM.

1. Primatus dari non potest, nisi per veram Primatiae sedis erectionem.
2. In omnib⁹ prouincijs, in quibus Christi fides acceptata fuit, Primates, seu Patriarcha erecti fuerunt.

3. Patriarcha in primarijs urbibus erigi solebant.
4. In Hispania Primas vnus ab Apostolis creatus fuit.
5. Brachara vrbs fuit Hispania primaria, & de aliquibus eius prærogatiuis.
6. Brachara Augusta ab Octauiano Augusto appellata fuit Sueuorum sedes, regnum, & sepulchrum.
7. Testimonium Innocentij 2. & Callixti 2. pro nobilitate, & dignitate Bracharenfis ciuitatis.
8. In Brachara primi flamines, id est, legum Doctores habitauerunt.
9. Primi flamines in urbibus Primarijs præesse solebant.
10. Diuus Petrus, & eius successores Patriarchas, non nisi in primarijs urbibus constituerunt.
11. Diuum Iacobum anno Christi 41. in Hispaniam venisse vera traditio refert, & probabilius nauis vectū Gallectia, aut Lusitania portum tenuisse.
12. Verosimile est D. Iacobum Bracharā præcipuam Hispanie urbem primitus adiuisse.
13. D. Iacobus nouem afferens discipulos Hispaniam intrauit, quorum duos in Gallectia, & Lusitania reliquit.
14. Diuus Petrus Ratenfis Hispanie Protomartyr, à Diuo Iacobo primus Bracharenfis Episcopus creatus fuit.
15. Diuus Petrus in villa Ratenfi martyrij palmam adeptus est anno Domini. 43. vel 44.
16. Diuus Petrus Ratenfis prius Bracharenfis Archiepiscopus creatus fuit, quā Diui Petri cathedra ex Antiochia Romam fuisset translata.
17. Diuus Petrus Ratenfis, D. Petro Apostolorum principe adhuc viuente, ei Ecclesiam dedicauit.

- 18 Bracharensis Archiepiscopus esse Hispania Primatem efficaci probatur argumento. A
- 19 Asturiensis, & Lucensis Ecclesia (etiã postquam Metropolis in Concilio Lucensi creata fuit) obedientiam præstiterunt Bracharensi Antistiti.
- 20 Solùm Primates Metropolitanos subiectos habere possunt.
- 21 Decreta Nationalis Concilij ad quod Episcopi, & Archiepiscopi Hispania confluerunt, à Bracharensi præfule confirmata fuere.
- 22 Toletanus Episcopus subiectus erat Carthaginensi, & Carthaginensis Bracharensi. B
- 23 Archiepiscopus Bracharensis præfuit 2. & 3. Concilio Bracharensi, & 2. Lucensi.
- 24 Præfules olim non ex locorum dignitate, quibus præerant, sed antiquitate consecrationis ius habebant præcedendi.
- 25 Bracharensis præsul licet consecratione iunior, quia tamen primas erat, ceteris præcedebat.
- 26 Toletanus Antistes nunquam Concilio præfuit. C
- 27 Hispania in septem conuentus particubatur, quorum præfules Bracharensis antistitem Primatũ agnouerunt.
- 28 Brachara etiam dum Hispania Maurorum annis tenebatur, suos habuit prælatos, non tamen Toletus.
- 29 Brachara à Mauris recuperata suum sustinuit Primatum, sicut sustinebat, antequam à Mauris occuparetur.
- 30 Christianam religionem in Hispania à Brachara semper initium habuisse probatur varijs rationibus. D
- 31 Ius Primatiae in Bracharensi Ecclesia sine controuersia perdurauit, usq; ad tempora Innocentij tertij.
- 32 Toletanus Antistes, ut primatiam sedem sibi affectet nititur priuilegio quodam Urbani 2. quod priuilegium aliqui Urbani successores in forma cõmuni confirmarunt.
- 33 Falluntur Auctores, qui putant Toletum litem cum Brachara habuisse, ubi primum à Maurorum potestate liberata fuit.
- 34 Toletanum Archiepiscopum non posse Primatum suum antiquitate defendere, probatur.
- 35 Euãgelicus sermo Brachara prius innotuit, ibidemq; prius templum erectum fuit.
- 36 Toletana Ecclesia primum habuit Episcopum Eugenium, multò postquam Bracharensis Ecclesia erecta fuit.
- 37 Toletanum Archiepiscopum non posse Primatum suum priuilegio defendere probatur.
- 38 Summus Pontifex non censetur ius alicui adimere, nisi id expressè declaret.
- 39 Princeps, qui expressè derogat iuri tertij censetur id facere propter importunitatem, & ideo concessio vires non habet.
- 40 Litera Apostolica, quæ non habent diem, mensem, & annum, nullæ omninò reputantur; sicut qualibet aliæ scriptura.
- 41 Priuilegium Toletano Archiepiscopo ab Urbano 2. concessum à subditis receptum non fuit.
- 42 Priuilegium, quod à subditis non recipitur, nullius est momenti.
- 43 Priuilegium alicui Ecclesie concessum perit per non usum 40. annorum.
- 44 Reges Castella ab Archiepiscopis Bracharensibus confirmationes aliquorũ electorum Episcoporum, tanquam à primatibus impetrarunt.

- 45 Testimonium Alphonsi Imperatoris Hispaniae pro primatia Bracharensi. **A**
- 46 Testimonium aliud ex epistola eiusdem Imperatoris ad Bracharensis Archiepiscopum.
- 47 Nullius momenti potest esse privilegium Archiepiscopo Toletano concessum ab Urbano 2.
- 48 Licet Archiepiscopi Toletani aliquibus Concilijs praesent, ubi aderant Archiepiscopi Bracharenses, id tamen fecerunt Toletani, non tanquam Primates, sed tanquam legati Apostolici.
- 49 Privilegium ab Urbano Toletano Antistiti concessum à Pascoale Papa fuit reuocatum. **B**
- 50 Bracharenses Antistites Toletanis Concilijs praesuerunt, veluti.
- 51 In primo Concilio Toletano praesuit Patronius Archiepiscopus Bracharensis.
- 52 Efficax argumentum pro Primatia Bracharensi.
- 53 Ex aliquibus Summorum Pontificum Bullis probatur Archiepiscopos Bracharenses à sede Apostolica Primates reputari. **C**
- 54 In ultimo Concilio Bracharensi eius Archiepiscopus in edictalibus decretis, se Hispaniarum Principem vocari fecit.
- 55 In literis confirmatorijs ultimi Concilij Bracharens. eius Archiepiscopus à Cardinali Alexandrino Hispaniae Primas appellatus.
- 56 In Concilijs Toletanis, nunquam eius Archiepiscopus Primatem nominatum fuisse reperitur.
- 57 A regibus Lusitaniae, à praelatis, à Curia Ecclesiastica, & seculari Bracharensis Archiepiscopus Primas vocitatur. **D**
- 58 Concluditur cum multis Primatum Hispaniae non in Toletana, sed potius in Bracharensi Ecclesia reperiri.
- 59 Bracharensis Archiepiscopus etià ab Hispaniae auctoribus Primas adstruitur.
- 60 Si Honorius Papa non iuberet litem indecisam manere inter Archiepiscopum Toletanum, & Bracharensis sine dubio pro Bracharensi sententia praeferenda foret.
- 61 An Archiepiscopi Bracharenses sint in possessione Primatus.
- 62 Divus Petrus de Rates Bracharensis Antistes, Episcopum Tudensem creavit, & Portuensem in 6. Concilio Toletano.
- 63 Afferuntur exempla plurima, in quibus Archiepiscopus Bracharensis primatiae officium exercuit.
- 64 Possessio iuris incorporalis in materia graui per unicum actum acquiritur.
- 65 Ex unico actu praesentandi acquiritur quasi possessio iuris patronatus.
- 66 Per unicum actum acquiritur possessio in omnibus illis, quae pertinent ad munus
- 67 Ex cap. Coram de Ininteg. restituit. constat Archiepiscopum Bracharensis fuisse in possessione Primatus.
- 68 Toletanus Archiepiscopus vim infert Bracharensi, dum pendente lite super Primatia, aliquos actus Primatiales exercet.
- 69 Etiam postquam Toletani Antistites ad Primatum aspirarunt, aliquos Galliciae, & Castellae Episcopos Bracharensis praesul confirmavit,
- 70 Ferdinandus, Emmanuel Sousa, Georgius da Costa Bracharenses Antistites Primatiales actum, erectam crucem praeferendo exercuerunt.
- 71 Bartholomaeus à Martyribus Madritum,

tum, & Toletum ingressus est praunte Cruce in altum sublata.

72 Idem Praesul ad Comitua veniens, quae in oppido Thomar habita sunt, sub Philippo II. Hispaniarum Rege, & ab ipso Rege Hispaniarum Primas vocatus fuit.

73 Alexius de Menezes Bracharensis Praesul viuens Primatiale crucem extulit, & Madriti moriens cum eadem cunctis spectatibus sepultus est.

74 Alphonsus Furtado de Mendoca eadem Primatiale praese tulit.

75 Bartholomaeus Carranca Archiepiscopus Toletanus erectam crucem praese ferre volens, à Burgenfi Episcopo suffraganeo, & ab alijs fuit interdictus, & qui interdixerunt laudati à Romano Pontifice.

76 In qua plurimis bullis Innocent. III. & Bonifacij IX. & aliorum Brachares praesules Primates appellati sunt.

77 Lusitani Reges, semper Bracharæ praesulibus Primatiale honorem praestiterunt, ut videre est in quam plurimis diplomatibus, & melius in lege urbanitatis lata anno 1597.

78 Iudicatum fuit Archiepiscopum Bracharensis, ut Primatem citandum esse.

79 Phelippus III. Hispaniarum Rex, cum ad regni Comitua Bracharensis Archiepiscopum appellasset cum Primatem nominavit.

80 Olyssipponensis Camera Bracharensis Archiepiscopum primatem nominavit.

81 In literis sentent. Curia Bracharensis eiusdem Archiepiscopus Primas nominatur, & eiusmodi litera ab omnibus Lusitaniae praesulibus observantur.

82 Ab Apostolorum tempore usque in hodiernam diem Archiepiscopus Bra-

charensis est, & fuit in possessione Primatus.

83 Rodericus à Cunha quanto Bracharensi Ecclesiae sit ornamento attingitur.

Romifimus in hac disputatione de Patriarchis, & Primatibus inuestigare, quisnam sit Hispaniarum Primas:

quia tamen dari non potest Primas in Ecclesia, nisi per veram Primatus sedis erectionem à Romano Pontifice, primò inquirendum est: Vtrum in Hispania detur vera Primatus sedis erectio? Secundò, quisnam iure proprietatis sit Hispaniarum Primas? Tertiò, An Bracharensis Antistes, seu Toletanus sit in possessione huius Primatus?

Quod ad primum attinet, sciendum est in omnibus prouincijs, seu regnis principalibus, in quibus Christi fides promulgata, & acceptata fuit, Beatum Petrum, & eius successores Patriarchas, seu Primates instituisse, qui Episcopis, & Archiepiscopis praesent (salua tamen in omnibus Apostolica autoritate) ut supra diximus, cap. Vrbes. 80. dist. & ibi Glossa, & Doctores, post alios Hugo, de praestant. Patriarch. col. 3. vers. Possem, Butrius, & Panormit. in cap. Duo simul, de officio ord. & alij statim citandi, qui tamen Patriarche, seu Primates mirabili hac dispositione, semper in primarijs vr-bibus, & regio splendore claris collocati fuerunt. cap. In illis. 80. dist. Clem. Rom. epist. 1. & D. Anton. 3. p. Theolog. tit. 20. cap. 4. Hugo vbi supra, Petrus Gregor. institut. benefic. cap. 4. n. 4. & syntagmat. iuris lib. 15. c. 7. n. 7. & cap. 6. n. 3. Altamir. de Visitat. verbo Patriarcha, vel Primates, num. 4.

R 4

Anastaf.

C. Vrbes.
Glossa.
Hugo.
Butr.
Panorm.

3

C. In illis.
Cle. Rom.
D. Anto.
Hugo.
Pe. Greg.

Altamir

Germon. Anastas. Gom. d. lib. 3. cap. 7. *Afor.* 2. p. lib. 3. d. cap. 36. *Barbos.* tit. 1. cap. 5.

Barbos. Quibus prehabitis cum certum sit Hispaniæ Prouinciā ex omnibus Europæ maximam, ac florentissimam esse, & religione Primariam, benè cōsequitur Primatem in illa extitisse, ac eodem ordine quo cæteri creatum ibi fuisse ab Apostolis, & ita de hoc Hispaniæ primatu insigne habemus testimonium in cap. *Coram*, de in integrum restitut. & est communis traditio, quæ præcipuè stabiliri potest ex antiquitate Ecclesiarum Hispaniæ, cuius meminit Irenæus lib. 3. aduersus hereses cap. 3. & Tertull. aduersus Iudæos, idem etiam confirmat aduentus D. Iacobi in Hispaniam, & probāt omnes, qui de hac materia scripsere; *Specul.* *Boer.* *Cassan.* *Specul.* in tit. de dispens. §. *Sūt quoq;* *nonnulli*, Boerius de authorit. magni Conc. n. 94. *Cassan.* in *Cathalog. gloriæ mundi.* 4. p. considerat. 9. Petrus Greg. syntag. lib. 15. cap. 10. *Zech.* tit. de patriarch. n. 2. *Gregor. Lop.* in l. 9. tit. 5. part. 1. *Gloss. verb. Primado,* *Caldas* consil. 8. n. 54. & consil. 31. nu. 13. *Ferrens.* in histor. D. Iacobi lib. 1. cap. 14. & Fr. Prudent. *Sandoual* in lib. 1. de antiquit. ciuitatis Trident. *Brit.* de *Monarch. Lusit.* 2. part. lib. 6. cap. 14. *Stadius* de antiquit. *Portug.* cap. 57. *Barbos* pastor. sollicit. titul. 1. cap. 5. & nos in sequentibus copiosius dicemus.

5 Supposito ergo quod detur Primatus in Hispania, vt constat ex præcedenti quæstione; in præsentī quærimus, quisnam sit Hispaniarum Primas? Ad cuius resolutionem præmittendum est fuisse olim Bracharam insignem urbem Hispaniæ Primariam, notissimamq; Romanorum Colonia,

de cuius antiquitate videri potest *Flo* *rian.* libr. 3. cap. 26. *Ayres Barbosa* in suis poblemat. *Augult. Pasens.* in vita Beati Petri Martins Archiepiscop. *Bracharens.* *Brito* de *Monarchia Lusitaniæ* lib. 2. c. 6. *Stadius* de antiquit. *Portugal.* cap. 57. *Doctissimus Rodericus à Cunha* in *Cathalogo Episcoporum.* *Portuens.* 1. p. cap. 11. *Augustin.* *Barbos.* d. tit. 4. c. 8. & alij apud quos Auctores huiusmodi vrbis antiquitas, & dignitas latissimè ostenditur, & vt *Plinius* auctor est lib. 2. c. 3. tota *B* Hispania diuisa erat suo tempore in conuentus septem, in quibus *Bracharam* nominat: deindè addit *Bracharā* obtinere 24. ciuitates, quæ ducenta, & septuaginta quinque millia capitū recensebat; qua de re legi etiam potest *Sandoual.* in *Tidensi histor.* fol. 13. & *Maur. Ferret.* in historia *D. Iacobi Compost.* cap. 17. Hinc est, quod ab *Octauiano Aug. Augustæ* nomine sit decorata, cuius tituli monumenta, hodiequè extant latinis literis incisa in columnis, quæ cernuntur erectæ, iuxta ædiculam *D. Annæ* in eadem vrbe; similiter ab scriptoribus appellatur *Augusta*, vt legitur apud *Ambros.* de *Morales* libr. 9. cap. 43. *Ferret.* citato, *Brito*, *Sandoual*, & *Statio* allegatos; imò, vt testatur idem *Brit.* ex *Laimundo*, hic, & sedes *Sueuorum* fuit, & regnum, & sepulchrū.

Cuius nobilitatis insigne habem^o testimonium ex *Innocentio Papa* huius nominis secundo in *Bulla* quadā, qua *Lusitaniæ*, & *Galleciæ* vrbes *Bracharensi* subiectas esse confirmat, in hæc verba, *Bracharensē Metropolitim insignem quondam fuisse, atque in Hispaniarum Regno multis, & dignitatis, & gloriæ titulis claruisse. Nec non antiquæ nobilita-*

Florian.
Ayres
Barb.
Pasens.
Brito.
Stadius.
D. Rod.
à Cunha.

Barbos.

Plinius.

Sandoual.
Maur.
Ferret.
6

Ambros.
Ferret.
Brito.
Sandoual.
Stadius.
Brito.

7
Innoc. Pa
pa.

nobilitatis indicia, quæ in veterum scripturarum testimonia manifestant. Data A fuit hæc Bulla ann. 10. sui Pontificatus, & eadem verba repetit Callistus 2. in Bulla, qua hæc eadem confirmavit anno tertio sui Pontificatus; quæ quidem Bullæ in archiuo eiusdem ciuitatis seruantur. Et propterea iam olim residebant in hac vrbe primi flamines, seu primi legis Doctores, qui semper in vrbibus primarijs præesse solebant, vt testatur Clemens Papa in d. cap. *In illis*. 80. dist. Quæ omnia ex antiquis, & recentibus librorum monumentis constant, quibus in simili materia, credendum est, vt notat Glossa verbo *magis*, & in cap. *Inter dilectos*, de fide instrument. vt post Bald. Felin. n. 12. Bartol. in l. 1. n. 22. ff. si certum petatur.

Præmittendum etiam est, vt patet ex supra dictis Diuum Petrum, eiusq; successores, Primates, & Patriarchas non nisi in nobilioribus vrbibus constituisse. Ita legitur cap. *Vrbes*, dist. 80. vbi sic Lucius Papa. *Vrbes*, inquit, & loca, in quibus Primates præsidere debent, non à modernis, sed multis ante aduentum Christi temporibus statuta sunt, quorum Primates Gentiles etiam pro maioribus negotijs appellabant; in ipsis vero vrbibus post aduentum Christi Apostoli, & eorum successores Patriarchas, & Primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores cause post Apostolicam sedem sunt referenda. Et probatur; nam propterea D. Petrus ab Hierosolymis in Antiochiam urbem Syriæ præcipuam, & inde Romam perrexit orbis totius caput. Et idem etiam legimus de reliquis Apostolis in Prouincijs, quas sortiti sunt.

His positis, communis est traditio Diuum Iacobum Apostolum in Hispaniam venisse. Ita in Breuiario Romano, & Bracharensi, testatur etiam Vasq. tomo 1. Moral. historiar. lib. 1. S. Isidor. de Vita, & obitu Sanctorum cap. 73. Ilhescas in Historia Pontific. lib. 1. cap. 3. in vita Sancti Iacobi, & præfules alij, quos refert, & sequitur Cened. collect. 43. ad Decretum, & alios plures nouissimè cõtra Baron. Card. congerit, Ferret. in historia D. Iacobi lib. 1. cap. 16. fuit vero hic aduetus anno Domini. 41. vt post Dextrum grauisimum, & antiquissimum Auctorem, cõcludit Ferret. vbi proximè, cap. 12. Et probabilius videtur naui aliqua vetricum Galleciæ, aut Lusitaniæ portum aliquem tenuisse, vt tenet Callistus 2. cuius verba infra referemus n. 5. Cum verò Brachara nobiles adeò portus non longè habeat, verisimile est in aliquo fuisse expositum, vt urbem præcipuam primitus adiret; ita ex D. Isidor. citato, & Ferret. cap. 16.

Cum ergo nouem secum discipulos afferret Beatus Apostolus, duos in Gallecia, & Lusitania reliquit, vt affirmat Callistus Papa in prologo translationis D. Iacobi in hæc verba. *Nouem in Gallecia dum adhuc viueret Apostolus elegisse dicitur, quorum septem, alijs duobus in Gallecia prædicantibus, cõ eo Hierosolymam perrexere. Horum discipulorum alter fuit D. Petrus dictus Ratenis Hispaniæ, imò Europa protomartyr, quem Bracharensi Ecclesiæ præfecit Episcopum anno Domini. 42. & post Dextrum affirmat Ferretus lib. 1. cap. 16. & colligitur ex Sandoual. fol. 16. & affert idem P. Cosmas Magal. in manuscriptis de Primatu Hispaniæ c. 13. & c. 31. gal.*

Adeptus

Callist. 2. Papa.

Clem. P.

Glossa. Bald. Felin. Bart.

C. Vrbes.

11

Vasq. S. Isidor. Ilhesc.

Cened.

Ferret.

Ferret.

Callist. 2.

12

D. Isidor.

13

Callistus Papa.

Dextr.

Ferret.

Sandou.

Cosm. Mag.

gal.

- 14 Adeptus est D. Petrus martyrij palmam in Villa Ratenfi anno Domini 44. vel 43. vt vult Ferret. lib. 2. cap. 10. & Valdesius de dignitate reg. cap. 6. nu. 22. semper tamen constat prius electum fuisse Bracharæ Archiepiscopum, quàm D. Petri Apostolorum Principis cathedra ex Antiochia Romanam fuisset translata, vt latè probat Brito 2. p. Monarch. libr. 5. cap. 4. & colligitur ex Sandoual. in vita sancti Epitacij fol. 13. imò dum adhuc viueret Diuus Petrus Apostolus noster Petrus martyr primus Bracharæ Põtifex dedicauit sacro Apostolo, quandam Ecclesiã, vt testatur Hieronym. Roman. in historia D. Iacobi, quem refert, & sequitur Valdes. de dignit. reg. cap. 6. n. 22.
- 15 Constat prætereà Bracharensem Ecclesiam extructam fuisse à Diuo Iacobo, vt affirmat Ferret. lib. 1. c. 14. additquè hanc veritatem esse secundum antiquissimas traditiones, additquè idem Auctor (quem sequitur Brito citato cap. 3. vbi Pio hac parte allegat Callistum Papam) Beatũ Apostolum Iacobum à Brachara præcipuus fuit Romanorum conuentus, in quibus diuisa erat Hispania vsque ad Titum Vespasianum. Cum verò cõstet Carthaginem, Tarragonam, Corunam, Asturias, & Lucam, quæ vrbes Romanorum erant conuentus, non intentasse inquàm Hispaniæ Primatum contra Bracharam euidenter colligitur inibi, & non alia quacũque vrbe Primatum fuisse collocatum.
- 16 Constat prætereà Bracharensem Ecclesiam extructam fuisse à Diuo Iacobo, vt affirmat Ferret. lib. 1. c. 14. additquè hanc veritatem esse secundum antiquissimas traditiones, additquè idem Auctor (quem sequitur Brito citato cap. 3. vbi Pio hac parte allegat Callistum Papam) Beatũ Apostolum Iacobum à Brachara præcipuus fuit Romanorum conuentus, in quibus diuisa erat Hispania vsque ad Titum Vespasianum. Cum verò cõstet Carthaginem, Tarragonam, Corunam, Asturias, & Lucam, quæ vrbes Romanorum erant conuentus, non intentasse inquàm Hispaniæ Primatum contra Bracharam euidenter colligitur inibi, & non alia quacũque vrbe Primatum fuisse collocatum.
- 17 Confirmatur hæc veritas ex obedientia, quam semper Bracharensi Antistiti præbuerunt Prælati Lucensis. & Asturiensis Ecclesiæ (in quibus duo erant iuridici Romanorum conuentus) etiã postquam Lucensis Ecclesia constituta fuit Metropolis in Cõcilio, quod in eadem ciuitate celebratum est anno Domini 564. regnante Theodomiro Sueuorum rege, in quo de partione, ac limitibus suarum diocesium actum est, assistentibus Portugaliæ, & Galleciæ, Archiepiscopis præfuit Lucretius Metropolitanus Bracharenfis, & cum in hoc Concilio Lucensis Ecclesia creata sit Metropolis declaratum etiam fuit, vt Bracharenfi subijceretur, vt constat ex Ambros. Moral. post Vasaum lib. 11. cap. 59. In Lucensi, inquit, Concilio facta est Metropolis Ecclesia Lucensis, Ecclesiæ tamẽ Bracharenfi subiecta. Quæ ex eodem Moral. colligit Brit. 2. p. libr. 6. cap. 14. cum igitur euidenter colligatur ex cap. Vrbes. 80. dist. cap. Prouincia. 99. nullum nisi Primatem, vel Patriarcham habere posse Metropolitanos sibi subiectos, & in hoc Concilio fuisse Lucensem Metropolitanum subiectum Lucrecio Bracharenfi, euidenter etiam constare debet, omnes illos prælatos vtriusque Regni Archiepiscopo Bracharẽsi primatus iura debuisse.
- 18 Item apud Celenas Galleciæ oppidum coactum est Concilium Nationale Leonis Papæ auspicijs, in quod confluxerunt Episcopi, & Archiepiscopi Hispaniæ Metropolitanis, quales fuere Carthaginensis, & Tarragonensis, qui omnes huius Concilij decreta Bracharam miserunt, vt à Balconio Archiepiscopo Bracharenfi, tanquã à Primatè confirmarentur. Ita Moral. lib. 11. cap. 26. & post Garciam de Loaysa idẽ affirmat Brit. citato cap. 8. Ferret. lib. 1. cap. 14. in historia D. Iacob. Quod si Balconius non esset Primas,
- 19

Cõc. Brachar.

Ambros. Vasaum

Brito.

C. Vrbes. Ca. Prouincia.

20

21 Conc. Nation.

Moral. Loaysa. Brito. Ferret.

Cos. gal.

Primas, quo pacto confirmare posset acta huius Concilij? nam, ut supra dictum est, nullus nisi Primas, aut Patriarcha præesse potest, Metropolitanis, & cum eo tempore Episcopus Toletanus subiectus esset, ac suffraganeus Carthaginensi, ut fatentur omnes Auctores, qui hanc materiam tractarunt. idem etiã Toletanus huic Concilio affuit, siquidem aderat eius Metropolitanus, quod affirmat citat. Brit. cap. 8. Ex quibus constat Bracharensem Archiepiscopum ab illis omnibus prælatis recognitum fuisse, ut primatem, & præcipuè à Carthaginensi, & Toletano eius suffraganeo.

22
Brit.
23
Probatur idem institutum ex alijs Concilijs, quibus Bracharenses Archiepiscopi præfuerunt: nam D. Martinus primam sedem obtinuit in secundo Concilio Bracharensi Theodomi Regis Sueuorum iussu congregato, & in 2. etiam Concilio Lucensi à Rege Iniro indicto, hoc est, in sua, & aliena Metropoli: cum tamè Nitigius Metropolitanus Lucensis promotione antiquior utriusque Concilio interfuerit, & subscripserit. Et in tertio Concilio Bracharensi, Iulianus Hispalensis Metropolitanus secundo loco post Bracharensem (qui tamen consecratione iunior erat) sedit, & subscripsit, quæ præterquam quòd constat ex Chronicis, & Concilijs Hispaniæ in 3. tomo Conciliorum correcto, in subscriptione primo loco nominatur Leodigius Bracharensis, secundo Iulianus Hispalensis, quæ omnia doctè, & cruditè probat P. Cosm. Mag. cit. cap. 15.

24
Cos. Mag.
Agnouerunt igitur Metropolitani dum iuniori detulerunt Primatus iura illi deberi; quod ulterius declara-

tur ex eo, quod olim non ex locorum dignitate, quibus Episcopi præerant, sed ex antiquitate consecrationis habebant præcedendi facultatem, iuxta Canon. 3. Concil. Tolet. 4. *Et conuenientes, inquit, omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis sue tempora resideant:* ergo cum antiquiores Metropolitanus Lucensis, & Hispalensis Bracharensi, qui erat consecratione iunior assederint, id ex eo scilicet factum est, quia Primatè eum agnouerunt. Quod verò nunquam Toletanus præfuerit Concilijs, cui Metropolitanus affuerint iure primatus, aut prærogatiua aliqua, sed tantum consecrationis antiquitate, locum, qualis ille fuerit, obtinuerit, asserit, & probat Franciscus Caldas, quem allegat P. Cosmas Mag. discurrendo, per vnde viginti Toleti Concilia congregata.

25
Conc. Tolet.
26
27
Caldas.
Cosmas
Mag.
28
Archiep.
Brachar.
D
Ex ijs, quæ dicta sunt constat ciuitates illas, quinque conuentuum, quales sunt Luca, Morga, Carthago, Tarracona, Corunia, Primatem Bracharam agnouisse. Ibique nimirum Syracusarum vrbs fuit confirmata Bracharæ suffraganea ab Eugenio Papa anno 1153. & ab Alexandro tertio anno 1163. ut constat ex Archiuo Bracharensi, qui sex conuentus, simul cum Brachara, quam Primatem agnouerunt sunt septem illi supra dicti: vnde patet à partium enumeratione, quod siquidem Hispania in septem illos conuentus partiebatur (inter quos numerabatur Brachara) sexque illam superiorem agnouerunt, Hispaniæ Primatem proculdubio fuisse recognitam.

Perseuerauit hoc ius primatus non solum vsque ad excidium Hispaniæ, sed etiam dum Maurorum armis tenebatur